tiario. Quæ quidem obſervantia innititur præcit. Conſtit. Pii V. in §. 12. quâ decernitur, ut legitimè impediti fructus, & emolumenta percipiant, quamvis non ſint præſentes, & actu inſerviant, ex quibus credimus officiorum hujuſmodi, perpetuitatem in dubium revocari non poſſe.

Et nihilominùs etiam ſi eſſent manualia, tamen cùm offi- 31 cium Correctoris per litteras in forma Brevis conceſſum fuerit prædicto Officiali ad ſui vitam, reſpectu ipſius cenſetur perpetuum, ut de offic. manualibus ſcripſit Abb. *in c. Cùm inter R. in 5. not. de elect. & in c. Ad noſtram n. 7. de confirm. util. vel inutil.*

Quibus præmiſſis dicendum videtur petitam reintegratio- 32 nem deberi prædicto Officiali ex Juſtitia; quia nunquam per ſententiam juris, vel hominis fuit privatus officio ex ſui natura perpetuò ſibique ad vitam collato, & tamen privatio cùm ſit facti, probari debet ab allegante, *l. 1. Cod. de probat.* & tradit Bald. *in l. Ex perſona n. 14. Cod. eod. tit.* 33 Non per ſententiam juris, quia cæcus retinet Magiſtratum & officium prius obtentum, *l. 1. §. Quamvis autem, ff. de poſtul. l. Cæcus*, & ibi gloſ. Bart. & DD. *ff. de judic. c. fin.* juncta gloſſ. 1. communiter approbata, & ibi dixi *n. 42. infra eod.* Nec per ſententiam hominis, quia ad hoc proban- 34 dum adducitur ſola enunciativa Majoris Pœnitentiarii, quod B. Rotæ Auditor habuerit prædictum officium, & per conſequens eo privatus remanſerit primus officialis. Sed hæc non eſt bona conſequentia, quia verbum *habuit*, ſeu *obtinuit*, intelligi debet reſpectu exercitii, non autem reſpectu tituli ad quod inducitur in terminis hoc cap. juncta communi expoſitione DD. hìc enim cavetur, ut coadjutor dandus Rectori Eccleſiæ leproſo curam habeat animarum; & tamen illud verbum *habeat*, non intelligitur reſpectu tituli, & habitus curæ, qui remanet penes infirmum, ſed reſpectu exercitii tantùm, prout rejecta expoſitione gloſſ. firmant *hìc*, Hoſtienſ. *poſt princ. in ver. Animarum*, Joan. Andr. *in verb. Curam habeat*, Butr. *n. 3.* Card. *n. 1.* Anchar. *n. 3.* Imol. *n. 1. & 3.* Abb. *n. ult.* & Joan. de Anan. *n. 2.* quorum autoritatibus innixi Domini de Rota *deciſ. 410. n. 5. part. 4. re-* 35 *cent.* decidunt coadjutorem nec jus, nec titulum habere in beneficio, ſed tantum exercitium & adminiſtrationem; jus autem reſidere penes coadjutum, & ſubdunt gloſſam præallegatam communiter reprobari, quin imò *n. 3.* tenent coadjutorem non ſolùm non habere titulum, ſed nec poſſeſſionem, cùm illam habeat coadjutus, nec poſſeſſio poſſit eſſe penes plures in ſolidum, *l. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir. poſſeſſ.* quod etiam firmat Cott. *deciſ. 3.8. in Miſcell.* & Caputaq. *deciſ. 65. in manuſcript.* Rota *in Salamantina Coadjutoriæ 25. Junii 1593.* coram Penia impreſſa apud Garz. *de benefic. par 4. c. 5. num. 34.* Habemus igitur hìc text. apertum ſe- 36 cundum communem intellectum, quod quando quis dicitur habere, ſeu obtinere officium ab alio obtentum, hoc non intelligitur reſpectu tituli, ſed reſpectu exercitii tantùm. Atque ita jus, & titulus radicatus in perſona unius non evellitur, licèt alteri dicti juris exercitium, & adminiſtratio concedatur. *l. 3. ff. de joc.* & in terminis Coadjutoris eſt text. *in cap. Grandi*; ubi id notat Anchar. *num. 5. verſ. Nam jus de ſuppl. neglig. Prælat. lib. 6.* Abb. *in cap. Tua nos num. 4. infra eodem.* Et ratio eſt evidens, quia pœna in materia privativa ſine expreſſione aperta non inducitur, ut in Authen. *de non eligen. ſocien. nuben. §. Cùm igitur, verſ. Sin autem,* Caſſad. *deciſ. 3. n. 3. verſ. Nam non reperitur expreſſum, de loc.* & pœna privationis tituli, quæ graviſſima eſt, non inducitur ſine expreſſa derogatione juris quæſiti ut notat Bald. in Authen. *ex teſtamento n. 13. c. de ſecund. nupt.* & eo magis, quia verbum *obtinuit*, plus habet facti, quàm verbum *habuit*. Nam obtinere verificatur etiam in ſola detentione, *l. Habere, ff. de verbor. ſignific.* Rota *dec. 8. de elect. in antiq.* Mohed. *deciſ. 6. circa med. verſ. Obtinere, & per tot. de locat.* Undè ſi *ver. habuit*, quod plus habet juris, refertur ad nudum exercitium, ne titulus addicetur à coadjuto, ut hìc longè magis idem dicendum de *ver. obtinuit*, & nihilominus quamvis hoc verbum ex propria ſignificatione intelligeretur etiam reſpectu dominii, ut in contrariis; tamen verba ſunt etiam improprianda, ne jus tertio quæſitum tollatur ut per Sarnen. *in regul. de jure quæſit. non tollen. q. 1. n. 4.* & propterea verba illa *ab adminiſtrationis debet officio removeri*, quæ habentur *in c. Tua infra eod.* quamvis propriè ſint apta importare remotionem à titulo beneficii; tamen impropriantur, & intelliguntur reſpectu actualis exercitii tantùm, ne inferatur præjudicium Rectori coadjuto, prout intelligit Laurent. & alii communiter, & tetigi ſupra *n. 7.* quod adeò verum eſt, ut etiamſi Papa contuliſſet officium, ſeu beneficium, cùm clauſula, *non obſtante collatione alteri facta*; tamen intelligeretur de collatione invalida, ne lederetur jus tertii, ut voluit originaliter Compoſtell. *in c. Cauſam quæ num. 13. verſ. Et per eandem rationem, ſupra de reſcr.* Cujus 39 opinio non habet contradictorem, ut ibi teſtatur Felin. *n. 19. & 25. in fin.* eamque ſecuta eſt Rota coram Mohed. *dec 7. n. 6. de reſt. ſpol.* ubi in terminis reſolvit collationem officii Portæ Salariæ ab alio obtenti factam per Papam cum clauſula, *non obſtante collatione per Nos alteri facta*, non valere, & obſtare regulam *de jure quæſito*, & eam clauſulam eſſe intelligendam de collatione invalida. Allegat Bart. idem tenentem *in l. Prædia n. 2. C. de locat. præd. lib. 11.* & Bald. in Authen. *Hoc inter liberos n. 3. verſ. De clauſula autem, C. de teſtam.* & per hæc patet reſponſio ad objectum, quod Papa intelligatur officialem ab officio removere, quando in ejus locum alium ſubrogat, hoc enim vendicat ſibi locum quando ſubrogatio ſit plenariè, & reſpectu tituli, non autem reſpectu adminiſtrationis, & exercitii, ut ex dictis conſtat.

Sed quatenus verb. *habuit*, ſeu *obtinuit*, importaret col- 40 lationem tituli, & per conſequens remotionem primi officialis, tamen certum eſt Cardinali aſſerenti aliquid factum de mandato Papæ, ſtandum non eſſe, niſi hæc tria ſimul concurrant; Primò, ſcilicet, ut Cardinalis aſſerat veriſimilia; Secundò, ut Papa ſit præſens, ad quem facilè poſſit haberi recurſus; Tertiò, ut aſſertio non contineat rem tertio præjudicialem, prout hæc tria copulativè ad conciliandas opiniones requirit Rota *dec. 630. n. 2. par. 4. recent.* Hoc autem caſu tantùm abeſt, ut hæc tria requiſita ſimul concurrant, ut potiùs deficiant omninò. Deficit enim primum, quia cùm non deceat honeſtatem ſuperioris niſi manifeſta, & rationabili cauſa aliquem ſuis officiis, vel beneficiis ſpoliare, *c. Conquerente, de reſtit. ſpoliat.* omninò inveriſimile eſt, ut Papa, qui eſt fons Juſtitiæ, & non præſumitur velle contra jus, *c. Ex ore, de privil.* voluerit officialem privare officio ex ſui natura perpetuò, eique ad vitam per ipſummet Pontificem collato, ex ſola cauſa cæcitatis in ipſo officio contractæ, contra æquitatem naturalem, Cardinalis *conſ. 142. n. 2.* contra inveteratam conſuetudinem S. Pœnitentiariæ, in qua ut dixi ſupra *n. 30.* Officiales impediti ſemper retinuerunt officium cum emolumentis, inſervientes per ſubſtitutum, *c. Conſuetudinis 11. diſt. c. Sub. ſancta Romana cum quinque ſeqq. 12. diſt.* Et contra omnia jura, quæ ubique inculcant inhabilem ad officium exercendum propter morbum incurabilem non eſſe ab officio prius habito removendum, ſed tantummodò illi 41 dandum eſſe coadjutorem, ut hìc, *& in c. Ex parte*, ibi, *incurabili morbo, infra eod. & in c. un. §. Verum*, ibi, *perpetuò impeditus*, & ibi gl. *in verb. Perpetuo*, Joan. Monach. Archid. Gemin. & omnes *eod. tit. lib. 6.* Vital. in clem. *Cupientes n. 46. de pœnis*, & in cæco tenet gl. 1. Hoſt. *in princ.* Joan. Andr. *n. 14.* & alii communiter *in c. fin. infra eod.* Deficit etiam ſecundum requiſitum facilitatis recurſus ad Papam, ſed hæc inſpectio cùm pendeat ex multis circumſtantus, quæ in facto conſiſtunt, & nihil habet juris, in lectura conſultò prætermittitur.

Demùm deficit tertium, quia cùm aſſeratur enuntiativam 42 illam importare privationem officialis, negari non poteſt, quin contineat rem tertio maximè præjudicialem. Quod quidem præjudicium, data etiam veriſimilitudine, & facilitate recurſus, per ſe ſolum ſufficeret ad hoc, ut aſſertioni Cardin. ſtandum non eſſet, ut originaliter ſcripſit Angel. *conſ. 182. n. 2. verſ. Finaliter credo*, cui ſubſcribunt Anchar. in clem. *1. n. 3. de probat.* latiſſimè Barbat. *de Cardinali Legato q. 1. in 2. prælud.* Abbas *in c. Sicut nobis n. 5.* poſt gl. *ibi in ver. Alio modo, de ſentent. excomm.* Aret. *in c. Cùm à nobis n. 15. verſ. Nam hoc dictum limito, de teſtib.* Dec. *in c.* Cum *cauſam, in fin. de off. de leg.* & alii paſſim, & in aſſertione majoris Pœnitentiarii tenuit Gozadin. *conſ. 41. col. penult.* Gabriël. *concl. 3. de probat. n. 17.* & Maſcard. *in tract. de probat. concl. 140. n. 13.*

Cùm igitur prædicta verba enuntiativa nullatenus probent 43 privationem officialis, conſequens eſt, ut proviſiones Apoſtolicæ poſteà ſubſecutæ de officio Correctoris tanquam de vacante ſint ſubreptitiæ, ac nullæ, cùm Papa non intendat conferre officium minimè vacans ad notata *in c. Cùm noſtris, & c. Nullæ, de conſeſſ. præb. c. Deteſtanda, eod. tit. lib. 6.* & dixi Rota *deciſ. 348. n. 2. par. 3. recent.*

Nec relevat objectum, quod ad juſtificationem ultimæ 44 proviſionis ſufficiat, ut officium vacaret de facto, licèt non de jure, juxta *deciſ.* Bellam. 116. *n. 3. in fin.* Rota *deciſ. 9. de elect. in antiq. & dict. deciſ. 348. ſub n. 1. verſ. Cumulabantur.* Quoniam hìc non agitur de juſtificatione gratiæ pro executione litterarum Apoſtolicarum, quæ jam executionem habuerunt, in quibus terminis loquuntur deciſiones prææallegatæ: Sed agitur de validitate earumdem litterarum, in quibus cùm narratum fuerit officium vacare, neceſſario probari debet, & verificari quod tunc temporis illud vacaret de jure & de facto, aliàs gratia eſt manifeſtè obreptitia, ut per Oldrad. *conſ. 208. Quoniam ex tempore n. 2. verſ. Ex hoc facto*, Jo. Monach. *in cap. Si tibi abſenti n. 12. de præb. lib. 6.* Gemin. *conſ. 86. In cauſa num. 1.* ubi ait de hoc eſſe caſum *in dict. c. Cùm noſtris, de conceſſ. præb.* Put. *deciſ. 30. n. 4. & 5. lib. 1.* Ex quibus etiam conſequitur, ut idem officialis meritò poſſit conqueri de ſpolio, eique competant remedia reſtitutoria, cùm non à ſupremo Principe, ſed ab inferiore fuerit de facto ſpoliatus, *cap. In litteris, cap. Item cum quis, & cap. Ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat.* Rota *deciſ. 15. eodem titul. in novis cum multis ſimilibus.*

Verùm ſi concederemus officialem privatum fuiſſe per ipſummet Principem, idque ſufficienter probari ex prædictis verbis enuntiativis Majoris Pœnitentiarii: tunc dicendum eſſet privationem ex cauſa cæcitatis non ſuſtineri, & caſſandam eſſe per Summum Pontificem Succeſſorem, ut tredecim fundamentis latiſſimè probavi *in cap. Conſultationibus infra eodem.*

Et ita obtentum, ut dixi *in cap. Cæterùm, in fin. ſupra de reſcript.*

DE CLERICO ÆGROTANTE,

Innocentius III. Arrelatenn. Archiepiſcopo.

CAPUT V.

EX parte tua fuit propoſitum, quód cùm Auraſienſis Epiſcopus gravi & incurabili morbo ferè per quadriennium laboraverit, ita quòd Paſtorale officium non poteſt ulatenus exercere: Princeps terræ illius, ac Cives civitatis ejuſdem, à te poſtulant inceſſanter, ut ipſis (cum ſis Metropolitanus eorum) ſtudeas providere. Verùm cum ipſum ad ceſſionem compellere non poſſis, nec debeas ullo modo, nec afflicto afflictio ſit addenda, imò potiùs ipſius miſeriæ miſerendum, eò quòd idem vir bonus extiterit, & Eccleſiam ſalubriter ſibi commiſſam gubernaverit. Nos volentes tam Epiſcopo quàm Eccleſiæ providere; mandamus, quatenus illi quo adjutorem aſſocies virum providum & honeſtum; per quem tam Epiſcopo, quàm populo utiliter conſulatur.

SUMMARIUM.

1 *COadjutor dandus eſt Epiſcopo qui propter incurabilem morbum, Paſtorale Officium exercere non poteſt.*
2 *Coadjutorum datio Epiſcopis & Superioribus Prælatis, eſt de cauſis majoribus & pertinet ad ſolum Papam.*
3 *Prælatus inhabilis propter morbum perpetuum non poteſt compelli ad cedendum & num. ſeqq.*
4 *Coadjutor datur etiam invitò.*
5 *Afflicto non eſt addenda afflictio; ſed potiùs illius miſeriæ miſerendum & num. ſeqq.*
6 *Afflictus in uno, in alio eſt relevandus.*
7 *Duplici damno quis affici non debet.*
8 *Beneficia Eccleſiaſtica debent eſſe perpetua.*
9 *Coadjutoris Officium quandò expiret.*
10 *Beneficium vacat per mortem Coadjuti, tam naturalem quàm civilem & num. ſeqq.*
11 *Uſufructuarii jus deperit corpore perempto.*
12 *Tutela finitur morte pupilli, ſeu naturali ſeu civili.*
13 *Coadjutor unde dictus & num. 20.*
14 *Coadjutoria duplex.*
15 *Coadjutoria cum futura ſucceſſione quandò expiret.*
16 *Coadjutori cum futura ſucceſſione acquiritur in beneficio jus ad rem, quòd eveniente vacatione, per obitum Coadjuti efficitur jus plenum; nec eſt opus novâ collatione.*
17 *Coadjutor datus Epiſcopo cum futura ſucceſſione, an poſſit adminiſtrare ea quæ ſunt Juriſdictionis Spiritualis ſeu temporalis, ipſo Epiſcopo contradicente & n. ſeqq. uſque ad n. 25.*
18 *Quid ſi datus ſit dementi vel aliàs omninò inhabili.*
19 *Et quid ſi datus ſit impedito vel non prorsùs inhabili & num. ſeq.*
21 *Coadjutor quid ſit.*
22 *Coadjutus retinet in habitu poteſtatem & juriſdictionem.*
23 *Potentia ad operationem reducitur.*
24 *Coadjutor an & quandò poſſit beneficia conferre.*
25 *Coadjutus alteri delegare non poteſt ea quæ Coadjutor vult & poteſt per ſeipſum exercere.*
26 *Coadjutus non poteſt revocare quæ Coadjutor geſſit in caſibus ſibi à jure vel conſuetudine permiſſis.*
27 *Coadjutori conveniens habitatio eſt concedenda in ædibus Epiſcopalibus.*
28 *Coadjutor in conſueto Tribunali Epiſcopi jus reddere debet.*

1 EX *parte.* Epiſcopo qui propter incurabilem morbum Paſtorale Officium exercere non poteſt: dandus eſt coadjutor. Hoc dicit & ſunt duæ partes. In prima ponitur facti narratio. In ſecunda, proviſio hìc. *Verum.*

Nota primò hìc, *cùm ſis Metropolitanus eorum*, ſpectare 2 ad Archiepiſcopum dare coadjutorem Epiſcopo Suffraganeo ægrotanti, ut hìc notat Bernardus. Sed hodiè hoc reprobatur *in c. un. infra eodem lib. 6.* ubi expreſſum eſt, dationem coadjutorum Epiſcopis & Superioribus Prælatis eſſe de cauſis majoribus & ad ſolum Papam pertinere. Nec adverſatur hæc Decretalis, quin potiùs facit pro hac parte, quia iſte Archiepiſcopus non dedit coadjutorem Epiſcopo comprovinciali autoritate ordinariâ; ſed tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, ut patet ex littera hìc *Mandamus.* Et obſervant Card. *in 4. notab.* Abb. *num. 3.* & Guidopap. *num. 2.*

Secundò nota hìc *incurabili morbo*, textum apertum quòd 3 Prælatus inhabilis propter morbum perpetuum & incurabilem non poteſt compelli ad cedendum Officio ſuo; ſed tantummodò ad recipiendum coadjutorem qui datur etiam invitò, ut hìc *& in c. de Rectoribus ſupra eodem & infrà c. prox & arg. cap. ad audientiam, il primò infrà de Eccl.* 4 *ædif.* atque ita hìc expreſſè reprobatur diſtinctio Baſiani, an morbus ſit curabilis vel incurabilis, de qua *in c. Tua* in gloſſa penultima *ſupra eodem*, concordat textus *in d. c. un. §. Verùm* hìc *perpetuò impeditus infra eodem, lib. 6.* & hìc notant gloſſa ultima *in fine*, Hoſt. *in princ. & in fine.* Card. Anchar. Abb. & Joannes de Anan. omnes *in 1. not.* & ſcripſi pleniùs *in c. prox. num. 40. infra eodem.* Si verò morbus ſit curabilis & temporalis, nedum Prælatus non cogitur cedere: quod fieri non debet, etiamſi morbus ſit perpetuus; ſed nec dandus eſt illi coadjutor, ut eſt argumentum hìc ſecundum Abbatem *in 1. not.* & firmat Archid. *in ſumma 7. q. 1.* in gloſſa *adde* & Henric. Boich. infrà *in c. ſeq. col. 1.* verſ. *Idem Archid.* quidquid contra incautè ſcripſerit Nicolaus Garzias *de benef. par. 4. c. 5.*

tummodò dandum eſſe illi coadjutorem. Caſus apertus eſt hic, & *in cap. Ex parte*, ibi, *gravi & incurabili morbo*, *ſupra eod.* ubi redditur ratio, quia afflictio afflicto non eſt addenda, ſed potiùs ejus miſeriæ miſerendum, & *in cap. un.* §. *Verùm* ibi, *perpetuo impeditus*, *infra eod. lib. 6.* ubi in gloſſ. *in verb.* *Perpetuo*, & ſic nota, inquit, quòd licet ægrotans laboret morbo incurabili, non removetur, ſed datur ei coadjutor & conſentiunt ibi Joan. Monach. Archid. Gemin. Franc. & omnes, Hoſt. *in dict. cap. Ex parte, in princ. in verb. Incurabili*, & ibi etiam Cardin. & Anchar. ambo *in 1. notab.* Vital. in Clem. *Cupientes numer.* 46 *de pœnis*, ubi ait, (Suſpenſum ab officio ſine culpa vel delicto ſuo, ſicut eſt quando caſu vel ſenio aut morbo perpetuo, ſeu incurabili redditus eſt inhabilis, ſeu impotens deſervire officio, non deſinere eſſe intitulatum, nec propterea privandum eſſe, ſed ſolvendum eſſe ſtipendium alicui qui pro ipſo deſerviat illi officio) *allegat dict. cap. un. & cap. 2. & cap.* Ex *parte*, *ſupra eod.* & textus in præſenti. Idem firmat Hoſt. *hic n. 1. in verb. Coadjutor*, dicens, hoc incunctanter tenendum, Joan. Andr. *in eodem verb. num. 1. & 2.* Henrich. Boich. *numer. 3. & 4.* Butr. *in 1. notab.* Archid. *in ſumm. 7. qu. 1. in gloſſ. Adde*, & fuſiùs dictum eſt ſupra *in 1. notab. & in 1. quæſt.* & ex facto reſpondit Petr. de Anchar. *in conſ.* 188. *incipien. Viſis conſiliis*, qui loquitur in Generali perpetuo Humiliatorum, qui ex cauſa ſupervenientis dementiæ à ſummo Pontifice amotus fuit ab officio Generalatûs & conſuluit litteras ad inſtantiam partis deſuper impetratas non valere, nec debere executioni demandari tanquam contra jus & *n. 7.* rationem reddit, quia valetudo corporis, dementia vel defectus alius ſuperveniens abſque culpa non eſt juſta cauſa remotionis ab officio, ſed dationis coadjutoris, ut ibi per eum & ſequitur Navar dicens hanc eſſe communem opinionem *in conſ. 1. numer. 1. hoc tit.*

41 Idque pro regula in hac materia conſtituunt paſſim DD. Hæc autem regula in ſpecie procedit non ſolùm in eo qui amiſit officium linguæ, de quo eſt caſus hic, ſed ex identitate, ſeu majoritate rationis, etiam in illo qui amiſit officium oculorum ut in caſu præſenti, quemadmodum hic tenet gloſſa 1. *in princ.* Jo. Andr. *n.* 14. Boich. *n.* 4. Butr. *n.* 19. & concordant leges civiles. Nam cæcus quamvis ad novum
42 Magiſtratum aſpirare prohibeatur, tamen retinet Magiſtratuum priùs acceptum ut eſt textus *in l.* 1. §. *Caſum*, & §. *Quamvis autem ff. de poſtul. & in l. Cæcus*, juncta gl. *in verb. Fungitur ff. de Judic.* Nec mirum, quia & furioſus retinet Magiſtratum ante furorem obtentum *ut l. Qui furore ff. de ſtat. homin. & l. Cùm furioſus ff. de judic.* &
43 de utroque notat Speculat. *in tit. de teſtam.* §. 1. *verſic. Sed numquid cæcus*, & in cæco reſpondit Abb. *conſ.* 47. *incip. Videtur primo*, *per totum lib.* 1. Facit optimè *text. in cap. Quemadmodùm* §. *Quod ſi poſt hujuſmodi ſupra de jurejur.* ubi mulier, cùm qua quis juravit contrahere ſi ante contractum Matrimonium oculos vel naſum amittat aut quid deterius ei contingat, repelli poteſt, ſecùs ſi poſt. Nec refert quòd cæcus non poſſit judicantis officio fungi & in ſcriptis ſententiam ferre, tenetur; *l b.* 1. & *l. fin. cod. de ſent, ex pericul. recitan.* Quoniam etſi non poſſit per ſe ipſum poterit tamen per alium quod ſatis eſt ut not. gloſſ. & Bart. *in d. l. fin.* hoc enim operatur neceſſitas ſuperveniens cujus ratione multa permittuntur aliàs prohibita ut hoc tit. per totum & *l. Longiùs ff. de Judic.* & ſecundum Abb. *de conſ.* 47. *num.* 4.

Quod multò clariùs procedit hoc caſu, quia Corrector
44 Pœnitentiariæ duplex habet miniſterium. Unum ſcilicet corrigendi ſupplicationes & hoc poteſt cæcus probè adimplere per ſeipſum faciendo ut ſupplicationes ſibi legantur à Procuratoribus Pœnitentiariæ ut moris eſt. Alterum conſulendi & votum ſuum in Congregationibus proferendi, quod per ſeipſum præſtare poteſt, nam cæcus non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur obire munera quæ conſilio adimplentur, *ut l.* 2. §. *Corporis ff. de vacat. muner.* & notat gloſſ. *in l.* 1. *cod. Qui morb. ſe excuſ. lib.* 10. *in verb. Perſonalium*, quæ dicit, cæcum non excuſari à conſilio vel patrocinio qui ingenio pollet cui vim natura negavit & Joan. de Anan. *in cap. Licet numer.* 4. *infra de Cenſib.* ubi ait, cæcum coli poſſe ſi ſit ſapiens ut conſiliis interſit, ut ibi dixi *num.* 23. Sed & S. Congreg. Cardinal. Concil. Triden. Interpretum jam pridem reſpondit, cæcitatem non privare aliquem eo voto quod aliàs haberet, ſi cæcus non eſſet.

Corroborantur etiam prædicta ex Bulla Pii V. Reformationis Pœnitentiariæ Apoſtolicæ quæ incipit *In omnibus in Bullario tom. 2. pag.* 281. ubi ſic legitur: Omnis verò ſupradicti (ſcilicet Officiales inter quos & Corrector, officia ſua per ſeipſos exerceant, ſolique præſentes & actu exercentes niſi legitimè impediti, fructus & emolumenta percipiant.) Ecce igitur verba Conſtitutionis clara, quæ legitimè impeditis qualis eſt cæcus, concedunt non tantùm officii retentionem, ſed etiam illius fructus & emolumenta. Bulla intelligi debet etiam de impeditis morbo perpetuo & incurabili ut ſic recipiat interpretationem paſſivam à jure communi, juxta text. *in l. 2. C. de noxal*, cum ſimil.

Secundò principaliter inducitur text. *in cap. Scripſit* 7. 45
qu. 1. ubi Gregorius: *Omninò*, inquit, *injuſtum eſt, ut ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo privetur ægrotus; Atque ideò hoc per nos fieri nullatenus poteſt, nec peccatum in mea anima ex ejus depoſitione veniat.* Hæc ibi & pondera, quia non dixit, *per nos fieri non debet*, *ſed nullatenus poteſt*, quæ verba negant potentiam & reddunt actum ipſo jure nullum ut notat gloſſ. ordinaria *in cap. 1. in verb Non poteſt de reg. jur. lib. 6.* & ſcripſi pleniùs *in cap. Cauſam num. 21. & ſeq. de elect.* Item pondera rationem illam, 46
nec anima peccato involvatur, quæ inſinuat in Eccleſia non eſſe hanc poteſtatem removendi quem ab officio ex ſola cauſa ægritudinis: nam ad peccatum non ſe extendit poteſtas Eccleſiæ, imò nec potentia Dei, quia poſſe peccare eſt poſſe deficere in agendo, quod repugnat omnipotentiæ & præclarè docet S. Thomas *in 1. par. qu. 25. art. 3. ad 2.* & in his terminis Bellam. *in cap. Per princ. num. 87. verſ. Secundo igitur hoc probo 9. qu. 3.*

Tertiò, ad idem adducitur textus *in cap. Quamvis 7. q.* 1. ibi (quia viventem ab officio ſuo neceſſitas infirmitatis non crimen abduxit alium loco ejus, niſi recuſante eo nulla finit ratio ordinari:) *concord. text. in cap. Petiiſti, eadem cauſa & qu.* ubi Zacharias Papa: *Nimis*, inquit, *reprehenſibile eſſe manifeſtum eſt, ut te vivente, tibi alium ſubſtituamus & loquitur de inhabili propter ſenectutem & corporis inhabilitatem*

Quartò, ad idem allegatur, *cap. Satis perverſum 56. diſtin.* ut ibidem Gregorius generaliter ſic ait: Satis *perverſum & contra Eccleſiaſticam probatur eſſe cenſuram ut fruſtra pro quorumdam voluntatibus quis privetur, quem ſua culpa vel facinus ab officii quo fungitur gradu non dejicit.* Hæc ibi & loquitur Gregorius de remotione inferiorum Clericorum ut ibi per gloſſ. & Archid. Undè per illum textum Rebuff. *in tract. nominat. qu. 21. num. 65. dixit perverſum eſſe*, ut à Papa ægrotus privetur ſuis officiis vel beneficiis, quia debent eſſe perpetua, *cap. Præcepta 55. diſt.* & Papa pleniſſimam habet poteſtatem antequam conferat, poſteà non ut auferat, allegat Barbat. *in cap. Quod tranſlationem num.* 121. *de offic. leg.* ubi idem aſſerit per *cap. Inventum 16. q.* 7. & Abb. *in c. fin de confirm. util vel inutil.*

Quintò allegatur, *c. conquerente de reſtit. ſpol.* ubi dicitur 47
(non decet honeſtatem Superioris ſine manifeſta & rationabili cauſa, aliquem ſuis beneficiis ſpoliare, imò tenetur illis paterna proviſione conſulere) quem textum in remotione facta per Papam allegat Roman. *conſ. 345. circa primum num.* 14. omnis autem indecentia in Principe eſt impoſſibilis, ut in propoſito inquit Henric. Boich. *in c. Nulla col. 2. poſt medium infra de conceſſ. præb.* poſt Joan. Monach. quem allegat ſub nomine Card. *in c. ſuper eo ſub num. 3. de hæred. lib. 6.*

Sextò ad idem eſt textus notabilis *in c. cùm percuſſio* 48
7. q. 1. ubi gloſſa ſic format caſum, *calumnioſus Clericus corporalem patiebatur percuſſionem, cujus occaſione Candidus. Epiſcopus de Urbe veteri ipſum beneficio Eccleſiæ ſpoliavit. Super quo cùm Gregorius querelâ pulſaretur, præcepit Candido quatenùs ſibi omnia reſtituat, quia ſi pro ægritudine Eccleſiâ privaretur & Deus offenderetur & alii non invenirentur, hoc exemplo deterriti qui vellent Eccleſiæ militare.* Hactenùs verba gloſſæ quæ ſubdit iſtum caſum colligi ex textu hic juncto *c. 1. ſuprà hoc tit.* quæ eſt pars *d. c. cùm percuſſio*, ut patet ex parte deciſa & ex ſuprafcriptione, ut hic notat Joannes Andreas & Card. ambo *in princ.* hæc autem jura dupliciter probant Clericos inferiores non eſſe ab Officio removendos, etiam per Papam ex cauſa ægritudinis corporalis. Primò, quia id fieri non poteſt ſine offenſa Dei & peccato, ut patet ex littera *d. c. cùm percuſſio, ibi ne nos culpæ, quod abſit, offenſa reſpiciat;* & poſt gloſſam præallegatam & Hugonem notant *in d. cap. cùm percuſſio*, Archid. *n.* 1. Bellam. & Gem. ambo *in princ.* & Turrecrem. *in fin.* Papæ autem autoritas, ut prædixi, ad peccatum ſe non extendit; & propterea Gregorius apertè hic loquitur de peccato Papæ, dum ait: *Ne nos culpæ &c.* Deindè quia textus *in d. c.* 1. reddit 49
rationem illam cur hoc fieri non poſſit videlicet, quia ſi alii hoc eſſent exemplo deterriti, non invenirentur qui vellent Eccleſiæ militare. Ex quibus verbis Abb. *in 2. not.* ſingulariter ait: (nota quòd Clerici non debent inhumaniter tractari, ne alii deterreantur à Clericatu; hoc enim videtur turbare ſtatum Eccleſiaſticum, nedum præſentem; ſed etiam futurum & poteſt adduci hæc ratio multùm notabilis in argumentum, quòd Clericus non debet privari beneficio ſuo ſine cauſa etiam per Romanum Pontificem; nam ſi exiſtenti in infirmitate & ſic in impotentia ſerviendi non debet ſubtrahi beneficium, ne ex hoc turbetur ſtatus Eccleſiæ, ergò multò fortiùs ubi nulla ſubeſt cauſa rationabilis; Papa autem non eſt tolerandus volens turbare ſtatum Eccleſiaſticum ſine cauſa rationabili ut notabiliter dicit Innoc. *in c. Quantò ad fin.* verſ. *Tamen ſi Papa talia fecerit de conſuet.*) Hactenùs verba Abb. Idem firmat Card. *conſ.* 142. *incipiente Punctus quæſtionis, numero tertio & quarto.*

Septimò principaliter cùm officiali prædicto jam eſſet plenè
50 quæſitum jus perpetuum per confirmationem & inſtitutionem Apoſtolicam, ut oſtenſum eſt ſuprà *in 2. Prælat. n.* 34. non potuit jure ſuo ſine rationabili cauſa privari; nam ut formaliter inquit Card. *in d. conſ.* 142. *num.* 2. verſ. *ſed his litteris non obſtantibus* (Hoc eſt contra æquitatem naturalem, ut quis jure ſuo ſine culpa & ſine juſta cauſa privetur, *c. 2. de conſtit. & reg. ſine culpa lib. 6.* undè dicit Canon: Quiſquis alicui jus ſuum detrahit, injuſtitiam facit, *c. 1. 22. diſt.* & gloſſa hic in verbo *injuſtitiam*, dicit nec Papam debere uni detrahere ut det alteri, niſi ſubſit cauſa; quòd ſi hoc eſt injuſtum: ergò illicitum & peccatum; & ſic etiam Papæ inconveniens qui debet omninò juſtè judicare, *c. ex ore de privileg.* cùm ejus ſententia faciat jus quoad omnes, ut cæteri debeant ſimiliter judicare, *c. in cauſis de re judic.* nam & ejus geſta conformari debent Redemptori noſtro, *c. ſignificaſti de elect.* Dicunt autem Theologi, omne indecens eſſe Deo impoſſibile, quæ autem decentia vel juſtitia poteſt eſſe, ut quis privetur jure ſuo fortè vigiliis, expenſis & laboribus quæſito, *c. ſuper hoc de renunc.* & præcipuè in Papa qui debet habere meliorem ſolum omnibus aliis, *c. Officiis 24. q.* 1.) Hactenùs verba Card. cujus conſil. ſequitur Jaſon. *conſ.* 245. *incipiente circa primum num.* 3. verſ. *Iſtud idem vol.* 2. & Rebuff. *in praxi beneſic. in tit. de non tollen. jus quæſ. in gloſſa 6. n.* 13. ubi ait:) quamvis Papa in beneficialibus plenariam habeat poteſtatem conferendi, uniendi, dividendi & aliàs jure diſponendi, tamen jus parti quæſitum tollere non intendit nec poteſt ſine peccato; nam quæ juſtitia poteſt eſſe, ut alicui tollatur beneficium tot laboribus acquiſitum ſine cauſa, ſanè hoc eſſet exercere poteſtatem ad deſtructionem, non ad ædificationem, quæ tamen ædificatio Papæ incumbit, ut Divus teſtatur Paulus in ſuis Epiſtolis.) Hæc Rebuff. quæ latiùs proſequitur in tract. nomin. *q.* 11. *n.* 65. undè non abs re Bart. in lege fin. *cod. ſi contrarius vel util. publ.* dixit nunquam potuiſſe intrare in caput ſuum, quòd Deus dederit iſtam poteſtatem Papæ vel Imperatori, ut poſſit mihi auferre rem meam vel beneficium ſine cauſa, ut referunt Add. ad Abb. *in c. fin. ſub lit. A. de confirm. util. vel inut.* & conſentiunt Cotta in memorab. in verbo *beneficium*, *pag.* 73. & in verbo *Papæ*, *pag.* 647. Sarnen. *in proœm. reg. q. 2. & in reg. de non toll. jus quæſit. gl. 6. n.* 13. Staphil. *de lit. grat. tit. de modo proviſ. n.* 11. Navarr. *in c. ſi quandò except. 13. de reſcript.* Sot. *de Juſt. & Jur. lib. 3 q. 6. art.* 2. & in terminis revocationis conceſſionis Officii plura in propoſito cumulat Bolognet. *conſ. 3. num.* 26. & quamvis nonnulli diſſentiant, hæc tamen opinio eſt communior & rationabilior, ut patet ex relatis ab Anton. Gabr. *in præallegato tit. de jure quæſito non toll. concl. 1. n. 10.* verſ. *contrarium* & eſt ex mente Sancti Thomæ, ut dicam infrà *n. 67. in fin.*

51 Octavò, principaliter quatenùs privatio officialis impugnari non poſſet ex defectu poteſtatis Papæ in qua nihil audeo firmare; eſt tamen invalida ex defectu voluntatis, quia hujuſmodi litteras contra jus tertii Princeps non vult valere, quaſi obtentæ fuerint ipſo circumvento, lege fin. *cod. ſi contra jus vel util. publ.* lege *nec damnoſo* & lege *Reſcripta, cod. de prec. Imp. offer. quæ ſunt canonizatæ 25. q.* 2. Ita Bald. *conſ.* 359. *incip. Proponitur n. 1. lib.* 1. Reſcripta enim quæ abſorbent jus tertii, præſumuntur per occupationem Papæ aut per importunitatem vel ambitionem impetrantium extorta; & ideò non valent nec ſunt exequenda, *c. ex parte* & hic gloſſa in verbo *Occupationem infrà de Capell. Monach. & c. ſi quandò ſuprà de reſcr.* ubi dicit Pontifex, patienter ſuſtinebimus ſi non feceris quod pravâ fuerit nobis inſinuatione ſuggeſtum; & per illum textum tradit Anchar. *d. conſ.* 188. *n.* 7. & pleniùs *conſ.* 313. *niſi Legibus in princ.* Card. *d. conſ.* 142. *n.* 6. & 7. nam Sedes Apoſtolica quandòque concedit non concedenda ex importunitate impetrantium, *c. Tuæ fraternitatis ſuprà de præb. & c. ſi quandò infrà de ſent. excomm.* Quemadmodum & Imperator ut lege 1. *de pet. bon. ſublat.*
52 *lib.* 10. per quæ datur materia obloquendi de Prælatis Eccleſiaſticis & dicendi ubi eſt Deus Clericorum, quæ ſunt verba Card. *in conſ.* 143. *incip. Poſt hoc conſ. in fin.* & propterea ut ipſe ait *n.* 2. talia impugnari poſſunt ex defectu intentionis concedentis. Imò diſplicet Papæ, quandò aliquis uſque adeò formidat reſcripta contra jus impetrata, ut non audeat reclamare *d. c. ſi quandò.* Ideòque debent talia extorqueri de manibus impetrantis, lege 3. *cod. de Off. Com. Sac. largit.* Oldrad. *conſ.* 326. *Quod articuli*

num. 1. in fine & ab omnibus Judicibus refutari, dicit textus *in c. Reſcripta 25. q.* 2. & notat Anch. *conſ.* 240. *per prædicta in princ.*

Et confirmatur hæc quæſtio voluntatis ſecundum Card.
in præalleg. *conſ.* 142. *n.* 2. verſ. *Confirmatur*, quia non 53
eſt de mente Papæ, cum alterius jactura aliquid ſibi applicare, *c. ecce 99. diſt.* & quod hic notatur in gloſſa 1. ergò longè majùs ad commodum alterius cùm omnibus aliis præferre debeat Sedis Apoſtolicæ Dignitatem, nec permittere ipſam pro aliis confundi, *c. niſi de aut. & uſu pall.* Hinc fit, ut ſi Papa alicui conferat beneficium cum clauſula *non obſtante collatione alteri facta*, intelligitur 54
de collatione invalida, non autem de valida, ut probat Alex. *conſ. 3. ex his quæ n. 3. lib.* 5. & fuit originaliter opinio Compoſtell. *in c. cauſam quæ n.* 13. verſ. *& per eaſdem rationes ſuprà de reſcript.* quæ non habet contradictorem, ut hic atteſtatur Felinus *n. 19. & 25. in fine.* Sarnen. *in reg. de jure quæſito non toll. q. 1. n.* 2. Et ſimiliter ſi conferat pluribus idem beneficium, præfertur 55
primus, etiamſi ſecundus poſſeſſionem obtinuerit, quia Papa non præſumitur velle contra jus, ut per Roman. *conſ.* 178. *circa præmiſſam num.* 2. ubi dicit communem quod procedit etiam in gratia motu proprio, niſi derogetur Juri quæſito ſecundum Alex. *d. conſ. 3. n.* 7. verſ. *Accedit.*

Nonò, principaliter multùm ſtringit quòd beneficium 56
Principis debet eſſe manſurum, lege *beneficium*, *ff. de Conſt. Principis*, *cap. Decet de reg. Juris lib. 6. & cap. ſi cui de præb. eod. lib.* Card. *conſ.* 142. *num.* 6. verſ. *Et præcipuè ſi quam gratiam fecit*, adeò ut Bald. *in proœmio Decretal.* in verbo *Gregor. n.* 13 dixerit, quædam Papæ ſunt poſſibilia, quæ tamen non ſunt honeſta nec laudabilia, ut beneficium revocare, nota *in cap. Quòd dilecti de conſang. & affinit. in c. Pervenit de immun. Eccleſ. & in c. cùm veniſſent de judic.* per Hoſt. ad quorum confirmationem conferunt quæ eleganter ſcribit idem Bald. *conſ.* 327. *incip. hodiè enim in primo vol n.* 4. ubi primò aſſerit (Principem fingi circumventum, quandò etiam motu proprio revocat ſuam conceſſionem, adeò ut 57
contrarium probari non poſſit, quaſi hæc ſit præſumptio Juris & de Jure, quæ probationem in contrarium non admittit; & ita ſecundum eum ampliatur quod dicitur *in c. cùm olim de re jud.* quòd ſecunda conceſſio contraria primæ non valeat, allegat bonum textum in lege *Prædia*
cod. de locat. prædiorum civil. lib. 10. ac deindè ſubdit 58
in Principe tanquam juſtitiæ fonte debet eſſe conſtans & perpetua voluntas; & convenit ei illud verbum; *ſemel locutus eſt Deus;* & iterùm, *quod ſcripſi ſcripſi.* Undè Princeps debet habere unum calamum & unam linguam & non plures linguas, quia ſcriptum eſt: *quæ proceſſerunt de labiis meis, non faciam irrita;* & ideò debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis & ſicut polus in Cœlo) Hæc Baldus quæ totidem verbis refert & ſequitur Dec. *conſ.*
293. *incip. pro tenui facultate n.* 9. quæ maximè vendicant 59
ſibi locum in Principe Eccleſiaſtico in quo variatio plurimùm damnatur, quia eſt quædam illuſio, *c. Quidam de renunc.* clem. *cùm illuſio eod. tit.* & notat Card. in præalleg. *conſ.* 142. *n.* 5. dicens (ſi quam gratiam fecit Papa quæ ſit conſummata, debet eam de facili revocare; eſt enim ſumma viliſicatio Dignitatis Apoſtolicæ & ſtatûs Eccleſiaſtici, ut ex nulla rationabili cauſa fiant mutationes in Officiis & beneficiis Eccleſiaſticis, *c. querimoniam de Jure Patronatûs*) & loquitur de revocatione facti motu 60
proprio & de plenitudine poteſtatis ac ab eodem Principe qui gratiam facit, ut patet ex themate conſilii & *n.* 1. prout & Bald. loquitur *d. conſ.* 327. *n.* 3. verſ. *Item Cæleſtinus lib.* 1. ſed & Gemin. *conſ.* 36. *incip. Quòd collatio n.* 2. (non præſumitur (inquit) quòd Dominus Papa ita de facili revocet ea quæ fecit, imò omnis diſpoſitio facti per eum contra ea quæ facit, cenſetur ſubreptitia & non 61
valet, quia præſumitur circumventus contra ea quæ leguntur & notat *in c. ex parte, il primò de Offic. Deleg. & in c. cùm olim de re judic. & infrà n.* 5. non præſumitur quis velle ſua judicia impugnare; notaretur enim talis de variatione, inconſtantia & illuſione quæ reprobatur à Jure maximè in omnibus Eccleſiaſticis, fortiùs ergò in Papa) Hæc Gemin. undè Bald. *in c. 1. n. 1. de natur. feud.* arguit contra Cœleſtinum Papam qui de mane conferebat gratiam & de ſero auferebat & alteri conferebat, cujus dictum refert Andreas Bombat. *in ſuo conſ. primo numero primo*, *volum.* 1 & conferunt quæ in propoſito notat Abb. *in conſ.* 41. *incip. Videndum eſt n.* 4. verſ. *Item poteſt non immeritò attentari lib.* 1.

Decimò, ſecundum Card. *in prælit. conſ.* 142. *n.* 5. 62
is qui acceptat officium vel beneficium ſibi collatum, videtur per quaſi contractum ſe obligare ad illius adminiſtrationem, *c. niſi de renun.* & hæc eſt ratio cur beneficiatus non poſſit beneficium dimittere ſine Superioris li-

50 *Variatio eſt quædam illuſio, & in Principe Eccleſiaſtico damnatur, & n. 61.*
61 *Beneficium acceptans cenſetur ex quaſi contractu ſe obligare ad illius adminiſtrationem.*
63 *Donatio facta à Principe ex cauſa remunerationis revocari non poteſt etiam propter ingratitudinem ſupervenientem, & num. 65.*
64 *Privilegia Auditoribus Rotæ conceſſa in remunerationem laborum ſunt irrevocabilia.*
66 *Papa ſi de plenitudine poteſtatis auferat alicui beneficium ſine juſta cauſa, tenetur ei ex juſtitia de æquivalenti beneficio providere.*
67 *Papa poteſt omnia, clave tamen non errante.*
68 *Papa ſaltem de poteſtate ordinaria non poteſt procedere ad privationem beneficii parte non citata, & n. ſeqq.*
69 *Nec eſt tantæ potentiæ, ut poſſit auferre defenſionem oppreſſo.*
70 *Intellectus* c. Si Evangelica 55. diſt.
Diaconus cui oculus fuit effoſſus, in Presbiterum ordinari non poteſt, ibid.
72 *In Papa duplex eſt poteſtas.*
Poteſtatis plenitudo quid ſit, & qualiter definiatur, ibidem.
73 *Princeps uti non debet poteſtatis plenitudine niſi ex magna cauſa.*
74 *Populus Romanus numquam fuit uſus plenitudine poteſtatis.*
75 *Princeps in dubio poteſtatis plenitudine uti velle non præſumitur.*
76 *Papa de poteſtate ordinaria non poteſt quem privare officio, vel beneficio ſuo ſine juſta cauſa.*
77 *Papa quo ſenſu intelligatur poſſe ſine cauſa jus quæſitum auferre de plenitudine poteſtatis.*
78 *Succeſſor factum prædeceſſoris revocat in quatuor caſibus hic expreſſis.*
79 *Princeps, qui de plenitudine poteſtatis aufert jus tertii, præſumitur id facere cum cauſa, quando procedit per viam legis generalis, ſecùs ſi per viam reſcripti.*
80 *Item quando procedit motu proprio, ſecùs ſi ad ſupplicationem partis.*
81 *Item ſecùs quando procedit parte non citata.*
82 *Item ſecùs ſi in litteris ſit expreſſa cauſa minùs juſta.*
83 *Libellus quamvis non requirat cauſæ expreſſionem, parte non opponente, tamen ſi exprimatur inepta, rejicitur.*

C*Onſultationibus*, Archidiacono loqui non valenti dan-
1 dus eſt coadjutor. Hoc dicit. Breve eſt, & non dividitur.

Nota ex text. Prælatum non eſſe removendum à bene-
2 ficio ſuo propter morbum ſupervenientem; ſed ſi ad officium
exercendum ſit effectus inhabilis, dabitur illi coadjutor, neque
ita remanebit Prælatus in ſtatu ſuo reſpectu tituli, ſed
exercitium non habebit, ut de Archidiacono eſt caſus hic.
De Epiſcopo, & ſuperioribus Prælatis *in c. Ex parte ſupra*
3 *eod. & in cap. un. eodem tit. lib.* 6. De Rectore Parochialis
Eccleſiæ *in cap. De Rectoribus, ſupra eodem* ſecundum
unam lecturam. De habentibus perſonatum, vel quodcumque
beneficium certi miniſterii & officii tenet Hoſtien. *hic
num. 1. verſ. Nam ſi fuiſſet, argum. cap. Quemadmodum* §.
4 *Quod ſi poſt hujuſmodi, ſupra de jurejur.* De Abbate fusè
probat Archid. *in c. fin n. 2. de ſuppl. neg. l. Prælat. lib.*
6. quem hic ſequuntur Joan. Andr. *n.* 1. Butr. *n.* 18. &
Guido Papa *in princ. verſ. Sed numquid Abb.* reprobata con-
5 traria opinione Joan. Vincentii: & Hoſt. De Generali perpetuo
Religionis tradit Anchar. *conſ.* 118. *incip. Viſis conſiliis
nu. 7. verſ. Præmittendum eſt etiam pro veritate, & n.* 12.
ut latiùs dicam infra *n.* 40. & generaliter de quocumque Præ-
6 lato notat gloſ. hic in figuratione caſùs, Hoſt. *n. 1. in ver.
Coadjutor*, Joan. Andr. *in eod. verſ. nu.* 1. & 2. & Butr.
in 1. notab.

Fallit ſupradicta concluſio in electo in Epiſcopum & con-
7 firmato, qui ante conſecrationem officium linguæ, vel oculorum
amiſit, aut aliàs effectus eſt inhabilis; huic enim
non datur coadjutor, ſed amovetur in totum, nec debet
conſecrari, ut tenet Vincentius, & poſt eum Joan. Andr.
in c. proxim. num. 1. ſupra eod. Abb. Antiq. *hic* & gloſ. *in
ſumma in verb. Quod autem in fin. 7. q.* & eſt ratio, quia
aliud ſcrutinium adhuc reſtat, *ut cap. 1. ſupra de ætate, &
qualit.* & in illo tranſire non debet minùs idoneus. Contrarium
tamen dixit idem Vincentius *in c. ult. ſupra de corp. vitiat.
arg. c. Cum in cunctis* §. *Hæc ſanè ſupra de elect.* cùm
confirmatus, qui Prælatus eſt, ſine culpa Prælatura privari
non debeat, ſed fortè intellexit illud in non Epiſcopo, hoc
vero in Epiſcopo, ſecundum Joan. Andr. *loc. cit.* & Butr.
ibid. nu. 5. Card. *nu.* 4. Anchar. *in 1. notab.* & Abbas *in
ult. notab.*

8 Quæro, qualis debeat eſſe infirmitas, ad hoc ut dandus
ſit coadjutor?

9 Reſpondeo debere eſſe talem, ut impediat officium ſuum
exercere, ut hìc, & *in c. Ex parte, & c. 3. ſupra eodem
c. Scripſit, c. Quamvis, & c. Petiiſti, 7. q.* 1. Jo. Andr.
hic n. 6. Ergò vetus quartana, vel debilis infirmitas, quæ
non impedit ſua propria negotia expedire, non eſſet juſta
cauſa dandi coadjutorem, imò talis nihil perciperet, niſi per
ſe ipſum inſerviret, arg. *l. Quæſitum, ff. de re judic. &
l. 1. §. Sed ſciendum, ff. de ædil. edict.* qui enim non præſtat
officium cum præſtare poſſit, non percipit beneficium, ut
c. 2. infra de Inſtit. Itr. Hoſt. & Joan. Andr. hic, ambo *n.
2. in fin.* Henric. Boich. *col. 1. circa med. in verſ. Aut quæritur
de alio morbo*, & Butr. *numer.* 18. *verſ. Niſi eſſet.*

10 Inſuper oportet, ut morbus ſit incurabilis, & perpetuus,
ut *in d. cap. unic.* ibi, *impeditus perpetuo, infra eod. lib.* 6.
& in cap. prox. ibi, *gravi & incurabili morbo*, & ibi Card.
Anchar. Abb. & Joan. de Anan. omnes *in 1. notab. ſupra*
11 *eod.* & perpetuus cenſetur, licet tolli poſſit per Divinum miraculum,
ut per Joan. Andr. *d. n. 6. & in cap. Fraternitatis,
infra de frigid. & maleſ.* ſecùs ſi ſit curabilis, & tem-
12 poralis, ut tenet multùm notabiliter Archid. *in ſumma 7.
quæſt. 1. in gl.* Adde Jo. Andr. *hic n.* 6. & Henric. Boich.
col. 1. ver. Idem Archidiaconus, tunc enim ipſemet, poterit
ſibi Vicarium temporalem conſtituere pro tempore morbi durantis,
*arg. cap. Pervenit, il ſecundo, ſupra de appellat. &
l. 1. §. Hujus rei, ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* &
not. Hoſt. *in c. Clericos, ſupra de offic. Vicar.*
Quamquam enim autoritas inſtituendi Vicarios perpetuos in 13
beneficiis ſit penes Epiſcopum, ut *cap. Ex frequentibus*,
cum ibi notatis per Bernard. & Hoſt. *infra de inſtit.* Curati
tamen, & Vicarii perpetui utique Vicarios temporales abſque
Epiſcopi licentia ſibi aſſumere poſſunt, dummodò ſint
noti, & de promotione eorum conſtet, ut notatur *in c. Adjicimus,
16. qu.* 1. Ad idem *cap. Mulier* 23. *diſt.* Ad hoc
Concil. Tridentinum *cap. 4. in princ ſeſſ.* 21. dummodò tamen
ſtatutum Sinodale, vel Provinciale non impediat, *cap.
Illud, & cap. Nihil, 7. quæſt.* 1. ſecundum Henr. Boich.
ubi ſupra. Hodiè tamen approbari debent ab Ordinario, ut
in Conc. Trid. *c. 1. §. eadem omnino, ſeſſ. 23. & cap. 11.
verſ. Nec ibi aliqui, ſeſſ. 25. de regular.* & ab ipſo Ordinario
deputari debent in caſu *cap. 7. ſeſſ. 7. & cap. 6. ſeſſ.*
21. Quæ cùm ita ſint, dabitur coadjutor ei, qui amiſit offi- 14
cium linguæ, ut hic eſt caſus; & ex identitate, ſeu potius
majoritate rationis dabitur & illi, qui amiſit officium oculorum,
ut hic tenet gloſſa 1. & Hoſtien. *in princ.* licet ſecùs
ſit ſi amiſiſſet unum tantum, quia talis remanet tutor, ut *l.* 15
Frater tuus, Cod. de excuſat. tutor. ſecundum Philipp. quem
hic ſequitur Joan. Andr. *num.* 14. Butr. *num.* 19. Item dabitur
epileptico, *cap. Scripſit, 7. qu.* 1. & notat gloſſa *in
Summa eadem quæſt. in verb. Quod autem.* Joan. Andr. *hic* 16
num. 6. Item debitur ſeni, *cap. Petiiſti, 7. quæſt.* 1. ſecun- 17
dum gloſſam, & Joan. Andr. *ubi ſupra.* Intellige ſi ſit decrepitus,
ſecundum Anchar. *conſ.* 188. *num.* 7. id eſt exceſſerit
annum ſeptuageſimum, ut notat Franc. *in cap. unic.
§. Verum, in princ. infra eodem lib.* 6. Item dabitur dementi 18
& furioſo, *cap. Quamvis, 7. quæſt. 1. & dict. cap. unic.*
Anchar. *ubi ſupra.* Rursùs dabitur lepreſo, ut *cap. De Rec- 19
toribus, ſupra eodem*, quod tamen aliqui dicunt verum eſſe
in Epiſcopo, vel Superiore, qui propter lepram non cogitur
cedere, ſed datur illi coadjutor; ſecùs autem in inferiori
Prælato, vel beneficiato, qui propter lepram omninò amovetur
à Prælatione, & beneficio, & hoc propter ſcandalum,
& abominationem populi, ut *in cap. Tua, ſupra eodem*, ubi
poſt multa ita concludit gloſſa *in ver. Adminiſtrationis*, Hoſt.
hic num. 1. in fin. verſ. Excipe, & Henr. Boich. *col.* 1. Nec 20
obſtat, quòd *in d. c. De Rectoribus*, Rector Eccleſiæ leproſus
non amovetur, ſed illi datur coadjutor; quia ſecundum
Hoſtien. ille textus intelligitur de Epiſcopis, quos ibi per
excellentiam Papa vocat Rectores, cùm ſint loco Apoſtolorum,
cap. In novo 21. diſtinct. & ſequitur hic Henr. Boich.
poſt princ. & eſt ſpeciale in Epiſcopo, ut per lepram non 21
amoveatur, & eſt ratio ſpecialitatis ſecundum eum, quia
faciliùs removentur Inferiores, quam Epiſcopi, ut *cap. Inter
corporalia, & c. Licèt, ſupra, de tranſlat. Epiſc. & c. Qualiter,
& quando, il 2. §. 1. infra de accuſ. & cap. Per tuas,
il primo in fin. de Simon.* Quia Epiſcopus nullo caſu removeri
poteſt niſi per Romanum Pontificem, ut *d. cap. Inter
corporalia, in princ. & cap. Multum ſtupeo 3. quæſt.* 6. &
quia propriè eſt ſponſus Eccleſiæ, *ut cap. 1. & 2. 32. qu.
7. & dict. cap. Inter corporalia* & ideò non removetur etiam
propter lepram; nihil enim humanius eſt, quàm in fortuitis
caſibus mulieris maritum & uxorem viri participem eſſe, *l.
Si cum dotem, §. Si maritus ff. ſol. Matrim. & infra de
conjug. leproſor. per tot.* & ita etiam de conſuetudine obſervatur
ſecundum Hoſt. in prealleg., *cap. de Rectoribus, &
in ſumma eod. tit.* & Archid. *in ſumma 7. qu. 1. in gloſ.*

Adde & Henr. Boich. *ubi ſupra*, & latiùs *infra col. 2.
verſ. ad primum.* Tu dic meliùs, idem eſſe in inferiore quod
in Epiſcopo, ut ſcilicet propter lepram nullus amoveatur ex
toto, ſed detur illi coadjutor, ut ex communi ſententia latè
probavi *in d. c. De Rectoribus in 1. notab.*

Coadjutorum materiam compendiosè hic tractat idem
22 Joan. Andr. Quærit *num.* 1. quid ſit coadjutor. 2. undè dicatur
3. quis detur 4. cui & quibus caſibus 5. per quem 6.
quod ſit ejus officium 7. quæ poteſtas 8. an expiret illo
mortuo, cui datus eſt 9. an detur invito 10. cujus expenſis
alatur 11. an plures uni & unus pluribus dari poſſit & ejus
quæſtiones, quas per te videas, ferè ad litteram tranſcribunt
& probant Butr. Cardin. Anchar. Abb. & Joan. de Anan.
Nihil tamen agit de coadjutoriis perpetuis & cum futura
ſucceſſione, quia de jure communi coadjutores non ſumebantur
23 niſi ob neceſſitatem Eccleſiam regendi & gubernandi
& hi non cùm futura ſucceſſione *cap. Inter cætera, de off.
ordinar. & cap. unic. infra eod. lib.* 6. copiosè Joan. Andr.
hic in 8. qu. Imò nec ei qui proximus morti erat permittebatur
alium ſucceſſorem pro ſe ordinare, ut *cap. Epiſcopo
il. primò 8. qu.* 1. Sed de his coadjutoriis vide tu jus noviſſimum
Concil. Trident. *c. 7. ſeſſ. 25. de reform.* & quod
ſcripſi *in c. prox. à num. 14. ſupra eod.* & pleniùs *in cap.
Accepimus, ſupra de pact.*

24 Secundò quæro de notabili quæſtione facti, Cum N. S.
Pœnitentiariæ corrector plaga cæcitatis percuſſus deſiiſſet
hujuſmodi officium exercere, fuit Apoſtolica autoritate deputatus
ad illud exercendum cum honoribus & oneribus
duntaxat B. Rotæ Auditor, qui tamen poſteà; ut aſſeritur
in litteris patentibus Cardinalis majoris Pœnitentiarii,
facto verbo cum Sanctiſſimo, idem officium cum emolumentis
obtinuit. Ex quibus verbis deducebatur prædictum Auditorem
obtinuiſſe officium, etiam reſpectu tituli & per conſequens
primum officialem fuiſſe per Papam eodem officio
privatum. Et quamvis hæc deductio non ſit juri conſona ut
oſtendimus *in c. De Rectoribus à num. 16. uſque in fin.
ſupra eod.* tamen ea nunc ſuppoſita, vertitur in dubium, an
privatio officialis de Correctoris officio, ut præfertur, facta
ex ſola cauſa cæcitatis ſupervenientis de jure ſubſiſtat necne.

Ad partem affirmativam, videlicet privationem ſubſiſtere,
inducitur primò textus *in cap. Si Evangelica 55. diſt.* ubi
Diaconus, cui nulla ſui culpa oculus erutus fuit propter
hujuſmodi impedimentum removetur ab Eccleſia Collegiata
in qua erat poſitus & alius in ejus locum ſubſtituitur. Fortiùs
ergò idem dicendum in illo, qui utroque lumine orbatus eſt
ut hoc caſu, *argum. l. Frater tuus ff. de excuſ. tutor.*

Secundò ad hanc partem inducitur, *c. Si quis Abbas 18.
qu.* 2. ubi Abbas effectus inhabilis ab Epiſcopo & vicinis
Abbatibus removetur ab officio, prout ex illo textu deducunt
gloſſa Joannis *in Summa 7. qu. 1. in verb. Quod autem
in fin.* Vincentius hic & Hoſt. *in ſumma hujus tit. in fin.*
Et confert quod ait Seneca *epiſt.* 9. videlicet: *Qui utilitatis
cauſa aſſumptus, tamdiù placebit, quamdiù utilis fuerit:*
Cujus dictum in propoſito hic refert Henric. Boich. *col.* 1.
poſt med.

Tertiò induci poſſunt jura *in l. Si longiùs ff. de jud. &
in l. Si quos cod. de offic. præfect. Rector. Orien. & illiric.*
quæ probant propter nimiam ſenectutem primo judici alterum
ſubrogari.

Quartò, pro hac parte ponderatur, quòd hæc privatio &
25 proviſio emanavit à Summo Pontifice; undè nullatenus
videtur poſſe impugnari, quia Papa habet plenitudinem poteſtatis
*c. Præpoſuit, de conceſſ. præb. c. Ad honorem de autoritate
& uſu pall. c. Cuncta per mundum & c. Per principalem
9. qu.* 3. Item Papa eſt omnia & ſuper omnia ſecundum
Bald. *in l. Barbarius in fin. ff. de off. Prætor.* Item
Papa poteſt mutare quadrata rotundis, ut dixit Hoſt. *in cap.
Cum veniſſent num. 5. de judic.* Marian. Soc. *in c. Ad petitionem
n. 28. de accuſat.* & Præpoſ. *in dict. cap. Per principalem
num.* 7. Item Papa ſupra jus & contra jus, & extra
jus omnia poteſt, ut Bald. inquit *in c. Cùm ſuper num. 1.
de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Item Papa eſt cauſa cauſarum ideòque
non eſt de ejus poteſtate inquirendum cum primæ cauſæ
nulla ſit cauſa ut idem Baldus ait *in c. Eccleſia Mariæ
in pen. col. ut lite penden.* Item nemo poteſt dicere Papæ.
Cur ita facis, ſecundum Specul. *in tit. de legat. § Nunc
oſtendendum in ver.* 89. ſola enim poteſtas eſt pro cauſa &
qui de hoc dubitat, dicitur dubitare de Fide Catholica ut
verbis ipſius Bald. utar. *in conſ. 447. incip. Quæritur utrum
n. 28. lib.* 1. & Abbas poſt eum *in ſua q. 1. incip. Epiſcopus
col. 2. in fin. & col. 3. in princ.* Hæc autem maximè pro-
26 cedunt in officiis & beneficiis Eccleſiaſticis, in quibus Romanus
Pontifex abſolutè poteſt omnia *c. 2. ibi plenaria diſpoſitio
de præb. lib.* 6. & Clem. 1. *in fin.* ibi *plena & libera
diſpoſitio ut lit. pend.* Undè poteſt quem privare titulo beneficii,
etiam nulla ſubſiſtente cauſa. Ad quod conſuevit
allegari gloſſa celebris, *in d. c. Per principalem in verb. Ad
nos 9. qu.* 3. & tenent Gemin. *in c. Si gratiosè, col. 3. in
fin. verſ. Nota iſtam gloſſam de reſcript. lib. 6 & in conſ.
8. incip. Super præmiſſis num. 5. & 6. verſ. Papa autem libere,
conſ.* 88. Innoc. Papa *in princ. verſ. Et prædicto &
conſ. 53. Pro reſponſ. numer. 1. verſ. Secundo præmitto*,
Card. in Clem. 1. *in 10. notab. ut lit. pend.* Roman. *conſ.* 27
298. *incip. Circa præmiſſa numer. 2. verſ. Et ſi hæc vera
ſunt*, Jaſ. *in l. fin. n. 17. ff. de pact. & in d. l. Barbatius
num. 43. ff. de off. prætor.* Hippol. de Marſil. *in ſingul.*
634. *incip. Credo te ſcire* & alii apud Anton. Gabr. *in tit.
de jur. quæſt. non toll. concl. 1. num.* 9. Rationem aſſignat
Abbas *in præalleg. qu. 1. col. 8. num.* 4. tituli beneficiales
ſunt de jure poſitivo *c. 1. & 2. 22. diſt.* Undè non mirum
ſi ſubſint omnimodæ diſpoſitioni Romani Pontificis, qui eſt
ſupra omne ejus humanum poſitivum *cap. Præpoſuit.* & ibi
omnes notant *de conceſ. præbend.* Aliam rationem reddit
Paul. de Caſtro *conſ. 415. incip. in facto præſente num. 4.* 28
v. Præterea l. 1. Quia ſicut Imperator auferre poteſt rem privati
& dare militibus in præmium, *l. Item ſi verberatus §.
1. ff. de rei vendic.* Ita & multò magis Papa poteſt auferre
rem unius Eccleſiæ vel Clerici, & dare alteri, nam beneficiatus
non habet dominium neque utile, neque directum
ſed eſt conſtitutus procurator & adminiſtrator à Papa, *in c.
2. infra de donat.* & idem repetit *conſ. 46. Viſo & examinato
in fine v. Plus videbitur & n. 3. v. reſtat. lib.* 2. Et
cùm omnia beneficia ſint libera & manualia Papæ & aliis conceſſerit
jus diſponendi, ſi ad ſe revocat, neminem lædit quia
quod ſuum eſt vendicare poteſt, ut per Æneam de Falcon. 29
de reſerv. in ſecundo præludio. Quin imò in tantùm Papa
in beneficialibus habet poteſtatem abſolutam ut ſecundum
Hoſt. Joan. Andr. & Ant. de Butr. *in cap. Si unanimiter,
de poſt. Præl.* poſſit etiam Epiſcopum invitum transferre &
amovere, quia Epiſcopus reſpectu ad Papam ſe habet ut
Monachus reſpectu ad ſuum Superiorem qui non habet 30
contradicendi poteſtatem & ſequitur Jaſ. *in d. l fin. n. 17.
ff. de pactis.* Quæcumque autem ſuperiùs dicta ſunt de be- 31
neficiis, obtinent etiam in officiis Eccleſiaſticis quorum omnium
plena diſpoſitio ad Romanum Pontificem noſcitur pertinere
in conferendo, removendo & ſimilibus, ut formaliter
inquit Petr. de Anchar. *conſ. 188. Viſis conſiliis num. 4.
verſ. Et maximè in materia.*

Ad partem verò negativam, id eſt privationem prædicti 32
officialis de Correctoris officio de jure non ſuſtineri, multa
ſimiliter induci poſſunt. Sed ad evidentiam præmittendum eſt
primò officia Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ ex ſui natura
eſſe perpetua, ſicut beneficia Eccleſiaſtica, ut plenè probavi
in cap. De Rectoribus à numer. 22. ſupra eod. & quamvis
eſſent manualia, nihilominùs officialis prædictus fuit declaratus
ad Correctoris officium à majori Pœnitentiario & à Papa 36
confirmatus per litteras in forma Brevis cum illis verbis: *Ad
tui vitam*, quæ clarè inducunt officii perpetuitatem. Textus
& gloſſ. 1. *in l. 1, ff. pro ſoc.* & tradit Abbas *in cap. Cùm
inter R. in 3. notab. de elect. & in cap. Ad noſtram nu. 7,
de confirm. util. vel inutil.* & Rota *deciſ. 334. num. 1. par.
4. diverſ.*

Præmittendum ſecundò officia Eccleſiaſtica perpetua regulari
ad inſtar beneficiorum & dignitatum quæ in titulum 37
conferuntur; æquiparantur enim Officium, Perſonatus &
Dignitas ut eſt textus *in dict. cap. De conſuetud. lib.* 6. &
not. Feder. de Sen. *conſ. 20. in princip. & num. 3. verſic.
Sed quod officio Pœnitentiariæ & num. 4. in fin. verſ Item
quod non acquiratur & num. 5. in col. antepen. num* 7.
Et de his officiis mixtis Sac. Pœnitentiariæ quæ Ordinem
ſacrum habent annexum, tradit Sarn. *in regula de infirm.
qu. 22. verſ. Aut loquimur de officiis mixtis.* Etenim officialis
perpetuus habet titulum, ut per Gemin. *conſ.* 79. 38
incip. Super prima dubio num. 2. verſ. Sed illam receptionem
& perpetua hujuſmodi officia reſignantur in manibus Papæ,
ſicut beneficia Eccleſiaſtica, *cap. Quod in dubiis & cap.
Admonet, de renunc.* & tradit Rolandus à Valle *conſ. 11.
Omiſſis phylacteriis numer. 8. lib.* 2. poſt Nicol. de Ubal.
in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in prima par. n. 31.

Demùm præmittenda videntur ipſamet verba quæ in propo- 39
ſito præmiſit, Alex. *conſ. 216. in princ. lib.* 2. videlicet nec
arguendi ſumus ſi de Principis poteſtate limitatæ prout in conſultatione
præſenti accidit, diſputare contingat, cùm Imperatori
& Pontifici poteſtates limitatæ tributæ ſint ut plura
ſint, in quibus eorum autoritas verſari non poteſt, patet. *in
cap. Litteras, de reſtit. ſpoliat. & in cap. Cùm ad Monaſterium
in fin. de ſtat. Monach. cap. Sunt quidam 25. qu.* 1.
& quod legitur & notatur *in cap. Ex publico de converſ.
conjug.* & plenè Specul. *in tit. de leg. §. Tunc breviter
dicendum.* Hæc Alex. ubi Adden. *lit. A.* plures citant concord.

His præmiſſis ad hanc partem videlicet privationem non
ſuſtineri inducuntur infra ſcripta.

Primum enim omnia jura clamant inhabilem ad officium 40
exercendum propter morbum perpetuum & incurabilem non
poſſe ab officio ſeu beneficio priùs habito amoveri, ſed tan-

num. 4. ſed eo caſu ipſemet Prælatus poterit ſibi Vicarium
temporalem conſtituere, ut dixi *in cap. ſequenti num.* 12.
& 13.
Tertiò nota hìc *nec afflicto*; & ſigna rationem cur ægrotus
5 non ſit removendus à beneficio: videlicet quia non eſt
addenda afflictio afflicto, ut hìc *& in c. cùm percuſſio* 7.
q. 1. *in c. Judicas* 3. *q.* 9. *& in c. ad ejus* 5. *diſt* ſed
potiùs illius miſeriæ miſerendum, ut in littera & *in cap.*
6 *licèt infrà de cenſ.* & in lege *Jure ſuccurſum*, *ff. de Jure*
dot. ubi dicitur afflictum in uno relevandum eſſe in alio,
ne detur afflictio afflicto; & hìc notant gloſſa in verbo
afflictio, Hoſt. *n.* 1. & Butr. *in* 2. *notab.* propenſior enim
in calamitoſos debet eſſe benignitas, niſi calamitate digni
fuerint, ut inquit Tull. 2. *de Off.* & cum hac ratione
coïncidit alia quam Hoſt. adducit hìc *in princ.* in verbo
7 *Poſſis*: nempè quia duplici damno quis affici non debet,
lege *Navis*, §. *cùm autem*, *ff. ad legem Rhodic. de jact.*
ubi ſi jactus mercium factus eſt, alicujus merces reman-
ſerunt deterioratæ: is non tenetur conferre ne oneretur
duplici damno deteriorationis & collationis, *c. Scripſit*,
c. Qualiter & c. Quamvis ſit triſte 7. *q.* 1. aliam ratio-
nem & quidem valdè notabilem adducit textus *in cap.* 1.
ſupra eodem, qui eſt pars *d. c. cùm percuſſio*: videlicet
exempli perniciem; nam alii qui vident Clericos ita inhu-
maniter tractari, ex hoc arceantur à Clericatu & ſtatus Ec-
cleſiæ turbatur. Circa quod vide quod dixi infrà *in cap.*
ſeq. n. 49. aliam denique rationem affert hìc gloſſa fin.
Hoſt. *n.* 3. Joan. Andr. *num.* 5. & Card. *num.* 3. *in* 2.
oppoſ. quia ſcilicet beneficia Eccleſiaſtica debent eſſe per-
8 petua, *c. præcepta* 75. *diſt.* & arg. leg. *Quæſitum*, *ff.*
de adopt. hìc; nec enim moribus noſtris convenit tem-
poralem filium habere, lege *Hæreditas*, *ff. de hæred. inſtit.*
hìc: *hæreditas ad diem vel ex die non rectè datur; ſed*
vitio temporis ſublato remanet inſtitutio, lege *actus legitimi*,
ff. de reg. Jur. ubi actus legitimi, veluti emancipatio,
acceptilatio, hæreditatis additio, ſervi optio, datio tutoris
in totum vitiantur propter temporis vel conditionis adjectio-
nem, lege *libertas*, *ff. de manumiſſ. teſtament.* ubi libertas
ad tempus dari non poteſt & lege *peculium*, §. 2. *ff. de*
pecul. ubi qui ſemel de peculio egit, rursùs aucto peculio
de reſiduo debiti agere poteſt.
Quæro quandò expiret coadjutoris Officium.
9 Reſpondeo expirare eo mortuo cui datus eſt coadjutor,
ut firmat Joannes Andreas *in c. prox. in* 8. *q. n.* 10.
infra eod. cum quo Butr. Anchar. Abb. & alii tranſeunt.
Put. *dec.* 226. *n.* 3. *lib.* 3. ubi dicit per obitum coadjuti,
beneficium vacare cùm coadjutoria non duret, niſi durante
10 vitâ ipſius coadjuti; & eſt expreſſum *in c. grandi in fin.*
de ſupplem. neglig. Prælat. lib. 6. & hìc Gemin. *n.* 7.
Rota *dec.* 456. *n.* 5. *parte* 1. *recent.* ubi ait coadjutoriam
11 expirare cum omnibus ejus effectibus, mortuo coadjuto.
Quemadmodùm & jus uſusfructuarii deperit corpore per-
empto, lege 2. *ff. de uſufructu.* Quod intelligunt Doctores
etiam in morte civili, ut quia renuntiat vel deponitur is
cui datus eſt coadjutor; talis enim quoad Eccleſiam habetur
pro mortuo, *c. In apibus*, §. *Ecce in quibus* 7. *q.* 1. &
notatur *in cap. ſuſceptum in gloſſ. penult. de reſcr. lib.* 6.
Idque ad exemplum tutelæ quæ ſimiliter finitur per mortem
pupilli, tam naturalem quàm civilem, *ut inſtitut. quibus*
12 *modis tut. finitur*, §. 2. *&* 3. quod etiam probat voca-
buli etimologia à qua validè ſumitur argumentum, *ut cap.*
cùm ſecundum, *ſuprà de præb.* dicitur enim coadjutor à
coadjuvando, ſicut tutor à tendo, quaſi tutor & defenſor,
13 ut lege 1. *ff. de tutel.* ſicut æditui dicuntur qui ædes tuentur,
ut hìc; mortuo autem vel depoſito aut renuntiante coad-
juto, non eſt ulterius quem coadjuvet; itaque juriſdictionem
tunc exercebit Capitulum vel is ad quem ſpectat Sede vacante
c. 3. *&* 4. *de ſupplem. neglig. Prælat.* lege 6. *c.* 1. *de inſtit.*
eod. lib. c. his quæ & c. cùm olim ſuprà de major. & obed.
& c. unic. eod. tit. lib. 6.
Obſervandum eſt tamen duplicem eſſe coadjutoriam:
14 alia enim eſt temporalis & revocabilis, cùm ſcilicet coad-
jutor ad normam Juris datur Prælato qui propter morbum
incurabilem vel ſenium factus eſt inhabilis ad Paſtorale
Officium exercendum, juxta textum hìc cum concor-
dantibus, de quibus ſuprà *in* 2. *notab.* & in hac ſpecie
vendicant ſibi locum: quæ ſuprà proximè dicta ſunt. Alia
15 eſt perpetua & cum futura ſucceſſione quæ ex ſtilo eſt ad-
inventa, ut apud Caſſad. *dec.* 2. *n.* 2. *de reſtit. ſpoliat.*
cujus formam ponit Mandoſ. *reg.* 11. *q.* 6. & coadjutoria
hujus ſecundæ ſpeciei quatenùs reſpicit favorem coadjuti,
expirat eo mortuo ad exemplum coadjutoriæ temporalis &
revocabilis. Put. *in præcit. deciſ.* 226. *num.* 3. *lib.* 3. ſed
16 in quantum reſpicit favorem coadjutoris per obitum coad-
juti non expirat, ut declarat idem Put. *dec.* 98. *lib.* 2.
Per hujuſmodi enim gratiam præventivam acquiritur coad-
jutori in beneficio jus ad rem, quod eveniente vacatione
per obitum coadjuti efficitur jus plenum: adeò ut non re-
quiratur pro coadjutore nova collatio; ſed abſque aliquo
miniſterio gratia coadjutoriæ ex primo jure ſibi conceſſo
effectum ſortiatur, cùm Papa in iſtis coadjutoriis ex nunc
prout ex tunc faciat collationem, ut reſolvit Rota *in Ti-*
raſonen. coadjutoria 8. *Novemb.* 1599. coram Penia quæ
habetur impreſſa apud Garziam *de beneſ. part.* 4. *c.* 5.
n. 128. *ſeu* 138. nec beneficium poteſt alteri conferri,
ut per Seraph. *dec.* 1447. *n.* 4. an autem coadjutoria
cum futura ſucceſſione exorbitet à Jure communi & quibus
caſibus à Concil. Trident. ſit permiſſa, ſcripſi *in capite*
Accepimus à n. . . uſque ad n. . . ſuprà de pact. ut plenè
videas.
Quæſitum fuit, an perpetuus coadjutor datus Epiſcopo
cum futura ſucceſſione & cum libera poteſtate adminiſtrandi 17
&c. prout in Bulla coadjutoriæ, poſſit ſolus adminiſtrare quæ
ſunt juriſdictionis Spiritualis ſeu temporalis ipſo Prælato
contradicente.
Videtur diſtinguendum aut coadjutor datus eſt Epiſcopo
dementi vel aliàs omninò inhabili, ut in caſu *c. un.* §. 18
ſi verò Epiſcopus infra eodem lib. 6. & hoc caſu coadjutor
poteſt ſolus adminiſtrare, quia cùm non poſſit Prælatus
præſtare rationalem conſenſum, §. *Furioſus inſtit. de inutil.*
ſtipulat. coadjutor liberè exequitur d. §. *ſi verò*; aut coad-
jutor datus eſt impedito vel aliàs non prorsùs inhabili; 19
ſed propter gravem infirmitatem Paſtoralia munia per ſe
ipſum exercere non valenti; & tunc non poteſt ſolus
exequi & expedire ea quibus Prælatus rationabiliter contra-
dicit.
Probatur primò ex vi nominis; nam ut formaliter arguit 20
Francus *in d. c. un. in fine*: dicitur coadjutor, quia
coadjuvat: ergò non ſolus. Item ex vi definitionis, nam coad-
jutor eſt qui ad hoc datur ex cauſa juris vel Judicis auto-
ritate, ut coadjuvet Miniſtri vel Præſidentis Officium, 21
prout definit Joannes Andreas *in c. prox. n.* 3. verſ. *de primo*
dic infra eod. quem hìc ſequuntur Butr. Card. Anchar. Abb.
& omnes *in* 1. *q.*
Secundò Prælatus cui datus eſt coadjutor, retinet in
habitu poteſtatem & juriſdictionem, ut patet ex littera 22
hujus Decretalis hìc, *coadjutorem aſſocies & arg. c.* 1.
ſuprà de Ordinat. ab Epiſc. qui renunc. Epiſc. at fruſtra
retineret ſi causâ ſuadente illius uſum non haberet, *ad*
not. in cap. ex tenore & cap. licèt ſuprà de foro compet.
quibus in locis patet juriſdictionem in laicos quam Eccleſia 23
habet in habitu, reduci in certis caſibus ad actum; &
generaliter habetur per Philoſophum *in Metaphiſica cap.*
primo.
Tertiò facit, quia reverentia quæ inculpabiliter exhiberi
debet Prælato cui conſtitutus eſt coadjutor, *c. Frater* 7.
quæſtione primâ; non patitur ut eodem Prælato invito,
omnia poſſit expedire coadjutor in quem communicata quoad
exercitium & non tranſlata eſt juriſdictio penitùs quoad ha-
bitum, ut hìc.
Quartò facit quod notat Joannes Andreas *in cap. fin. in* 24
7. *membro num.* 9. verſ. *ſed numquid infra eodem*, ubi
quærens, an coadjutor poſſit beneficia conferre: reſolvit
ſub hac diſtinctione, videlicet aut datus eſt ad aliquod
certum: puta adminiſtrationem rerum temporalium dun-
taxat; & non confert beneficia, ſed illa confert Prælatus
ut priùs; aut datus eſt ad Spiritualia; & de coadjutoris
conſenſu Prælatus confert ſi ſit ſanæ mentis; ſin autem
datus ſit dementi vel huic ſimili: tunc coadjutor ille confert
beneficia & ſequitur Franc. *in c. un. n.* 3. verſ. *& adverte*
infra eod. lib. 6.
Nam obſtat *c. Is cui de elect. lib.* 6. quia non loquitur
in coadjutore, ſed in Procuratore ſeu adminiſtratore dato
per Papam Cathedrali Eccleſiæ cum plena & libera facultate
in Spiritualibus & temporalibus, ut ſonat illa littera.
Item non obſtant verba generalia quæ conſueverunt ap-
poni in Bulla coadjutoriæ, videlicet *in coadjutorem per-*
petuum & irrevocabilem & c. cum plena liberâ poteſtate
&c. & futurâ ſucceſſione, quoniam reſtringuntur ad ea
quæ pertinent de Jure vel Conſuetudine ad coadjutoris
Officium.
Demùm non obſtat quòd coadjutor detur etiam invitò,
ut dixi ſuprà *n.* 4. quandòquidem hoc non auget poteſtatem
coadjutoris.
Ex quibus inferendum ex Congregatione, ut coadjutor
datus Epiſcopo ob ſenium aut ægritudinem de ejus con-
ſenſu cum futura ſucceſſione & cum plena, libera & omni-
moda facultate in temporalibus & Spiritualibus adminiſtrandi
ea omnia quæ ad Officium coadjutoris pertinent: minimè
poſſit ſe immiſcere in exercitio Pontificalium neque Juriſ-
dictionalium quibus defungi poteſt; & vult ipſe Epiſcopus 25
nec ea ſolus expedire, quibus ex rationabili cauſa Epiſ-
copus contradicit. Ea verò quæ Epiſcopo impedito coad-
jutor exercere poteſt & vult per ſeipſum, non poteſt 26
Epiſcopus alteri delegare. Et quæ coadjutor in caſibus
prædictis & aliis ſibi à Jure & Conſuetudine permiſſis geſſit
&

& expedivit, ſimiliter Epiſcopus revocare non poteſt. Ad
hæc ſi domus Epiſcopalis commodè capere poteſt Epiſ-
copum & coadjutorem, conveniens in ea habitatio eſt im-
pertienda. Coadjutor autem ſeparatum Tribunal ſtatuere
aut habere non poteſt, ſed in conſueto Tribunali Epiſcopi
jus reddendum eſt.

DE CLERICO ÆGROTANTE

Honorius III. Epiſcopo Averſano.

CAPUT VI.

CONſultationibus: & infrà. Archidiacono autem, quem morbo paralitico laborantem officium linguæ aſſeris amiſiſſe, coadjutor eſt meritò adhibendus.

SUMMARIUM.

1 *COadjutor dandus eſt Archidiacono loqui non valenti.*
2 *Prælatus inhabilis propter morbum ſupervenientem ab officio non amovetur, ſed datur illi coadjutor, & numer.* 6.
3 *Idem in habente perſonatum, vel quodcumque beneficium certi miniſterii, & officii.*
4 *Idem in Abbate, & n.* 72.
5 *Idem in Generali perpetuo Religionis, & n.* 40.
7 *Electus & confirmatus, qui ante conſecrationem officium linguæ, vel oculorum amiſit, conſecrari non debet, ſed in totum amoveri, & quid in inferiori Prælato, ibidem.*
8 *Coadjutor ut infirmo dari poſſit, aut debeat, talis eſſe debet infirmitas, ut eum impediat officium ſuum exercere.*
Item debet eſſe perpetua, & incurabilis, n. 10.
Et talis cenſetur, licet tolli poſſit per Divinum miraculum, n. 11.
9 *Infirmitas debilis, aut vetus quartana non eſt juſta cauſa percipiendi in abſentia redditus beneficii.*
12 *Coadjutor non datur ægroto ſi morbus ſit curabilis, ſed ipſemet poteſt ſibi Vicarium temporalem conſtituere ab Ordinario approbandum, & n. ſeq.*
13 *Vicarios inſtituendi autoritas eſt penes Epiſcopum, ſi ſint perpetui; ſed ſi temporalis, eſt penes curatos, & Vicarios perpetuos.*
14 *Coadjutor datur illi, qui officium linguæ, vel oculorum amiſit, & n.* 41.
15 *Non autem monoculo, n.* 7.
16 *Item datur epileptico.*
17 *Item decrepito.*
18 *Item dementi, vel furioſo.*
19 *Leproſus ſi ſit Epiſcopus, vel ſuperior, non cogitur cedere, ſed datur illi coadjutor, Inferior autem removetur in totum, & n. ſeq.*
Et quæ ſit ratio differentiæ, n. 21. *ſed contra, ibid. verſ.* Tu dic melius.
20 *Epiſcopi per excellentiam dicuntur Eccleſiarum Rectores.*
22 *Coadjutor quid ſit, undè dicatur, quis detur, cur & quibus caſibus, & per quem, quid ſit ejus officium, quæ poteſtas & quando expiret, an detur invito, & cujus expenſis, ait plures uni, & unus pluribus dari poſſit.*
23 *Coadjutores de jure communi, non ſumebantur niſi propter neceſſitatem regendi Eccleſias, & hi non cum futura ſucceſſione.*
24 *Officialis Pœnitentiariæ an ex ſola cauſa, quòd cæcus evaſit, juſtè potuerit ab officio removeri, & alius in ejus locum ſubrogari, & num. ſeqq. uſque in fin.*
25 *Papa ſupra jus, contra jus, & extra jus omnia poteſt.*
26 *Maximè in beneficialibus.*
27 *Et ideò poteſt quem privare beneficio ſuo, etiam ſine ulla cauſa.*
Imo & Epiſcopum deponere, n. 30.
Contrarium n. 45. *& ſeqq. uſque ad n.* 31. *&* 76.
Declaratur n. 72. *&* 76.
28 *Beneficiatus non habet dominum utile, neque directum, ſed à Papa eſt conſtitutus adminiſtraſtor.*
29 *Papæ beneficia omnia ſunt manualia.*
Declaratur n. 72. *&* 76.
31 *Officiorum omnimoda diſpoſitio in conferendo, transferendo, & removendo pertinet ad Romanum Pontificem.*
Declaratur n. 46. *verſ. Quartò & n.* 72. *&* 76.
36 *Verba*, ad tui vitam, *perpetuitatem important.*
37 *Officia Eccleſiaſtica perpetua regulantur ad inſtar beneficiorum, & dignitatum, quæ in titulum conferuntur.*
38 *Officialis perpetuus habet titulum.*
39 *Papæ & Imperatori limitatæ poteſtates ſunt à Deo tributæ.*
40 *Officialis propter morbum perpetuum & incurabilem effectus inhabilis, non poteſt ab officio removeri, ſed dandus eſt illi coadjutor.*
42 *Cæcus quamvis ad novum Magiſtratum aſpirare prohibeatur; tamen retinet Magiſtratum priùs acceptum.*
43 *Idem in furioſo.*
Mulier cum qua quis juravit contrahere, ſi ante contractum Matrimonium oculos, vel naſum amittat, repelli poteſt, ſecùs ſi poſt, ibid.
44 *Correctori pœnitentiariæ quæ incumbant munera, & an à cæco præſtari valeant.*
Officiales Pœnitentiariæ percipiunt in abſentia fructus, & emolumenta quando ſunt legitimè impediti, ibidem verſ. Corroborantur.
45 *Intellectus* c. Scripſit 7. q. 1.
Ægrotum ab officio removere ex ſola cauſa ægritudinis peccatum eſt, ibidem & numer. ſequenti.
46 *Poteſtas Eccleſiæ ad peccatum ſe non extendit, imò nec potentia Dei, & n.* 50.
47 *Beneficiis ſuis aliquem ſpoliare non decet honeſtatem ſuperioris ſine manifeſta, & rationabili cauſa.*
48 *Intellectus* c. Cùm percuſſio 7. q. 1.
49 *Ægroti ſi ab officiis ſuis removeantur, Clerici hoc exemplo deterrentur à clericatu, & ſtatus Eccleſiæ turbatur.*
50 *Papa non poteſt ſalva juſtitia jus alteri quæſitum auferre abſque rationabili cauſa.*
Declaratur n. 72. 76. *&* 77.
51 *Reſcripta, quæ abſorbent jus tertii, cenſentur extorta Principe circumvento, & ſunt nulla ex defectu voluntatis.*
52 *Papa quandoque concedit non concedenda propter importunitatem impetrantium.*
53 *Papæ intentio non eſt ex bonis alterius aliquid ſibi applicare.*
54 *Collatio beneficii ſi fiat non obſtante collatione alteri facta, hoc intelligitur de invalida.*
55 *Papa ſi conferat pluribus idem beneficium, præfertur primus, etiamſi ſecundus obtinuerit gratiam motu proprio, & poſſeſſionem acceperit.*
Papa non præſumitur velle contra jus, ibid.
56 *Papæ quædam ſunt poſſibilia, quæ tamen non ſunt honeſta, nec laudabilia, ut beneficium revocare.*
57 *Princeps præſumitur circumventus præſumptione juris, & de jure, quando etiam motu proprio revocat conceſſionem à ſe priùs factam, & n.* 60.
58 *Princeps debet habere unum calamum, & unam linguam, & eſſe immobilis ſicut lapis angularis.*

centia, c. admonet & c. quòd in dubiis eod. tit. Talis ergò contractus non debet ſine cauſa diſſolvi per ea quæ notat Innoc. in c. quæ in Eccleſiarum de Conſtit. nam & Princeps obligatur ad obſervantiam contractûs per ſe initi cum ſubditis, c. 1. de probat. per quem textum ſic notant Cin. & Baldus in lege Digna vox cod. de Legibus: quod ergò debet in ſe ipſo, tenetur & in aliis obſervare. Ita arguit Card. ubi ſuprà & Alex. d. conſ. 216. num. 4. & 8. lib. 2.

Undecimò principaliter Officium de quo agitur fuit Offi-
63 ciali conceſſum in remunerationem laborum quos diù ſuſtinuerat, ac jugiter ſuſtinere non deſiſtat pro Sede Apoſtolica, ut patet ex verbis narrativis Papæ ſuper quibus fundatur ejus intentio, ut plenè deducit Petrus de Anchar. in conſ. 29. incip. pro clariori evidentia n. 7. ſed ita eſt quòd conceſſio in remunerationem non dicitur mera liberalitas vel donatio propriè, ut tradit Bart. in proœm. c. Forum n. 14. verſ. Præterea probo per legem; Sed ſi lege §. Conſuluit, ff. de petit. hæred. & lege Aquileius & lege ſi pater, §. ſi quis, ff. de donat. & Canoniſtæ, præſertim Abb. in rubr. infrà de donat. per l. 1. hic & propter nullam aliam cauſam, ff. eod. ſed potiùs eſt debitum juſtitiæ, ut per Anch. loc. cit. ergò hujuſmodi conceſſio eſt omninò irrevocabilis, ut d. §. ſi quis; & firmat Alex. d. conſ. 216. n. 2. & Pariſ. poſt alios in conſ. 11. incip. Caſtrum illud per Summum Pontificem n. 44. & ſeqq. lib. 1. ob quam rationem videmus nec privilegium conceſſum à Principe
64 propter bene merita poſſe revocari, ſicut non revocatur debitum naturale ſolutum; & reſpondit Oldrad. conſ. 266. incip. quòd autem per revocationem nuper factam per Dominum Papam n. 7. & Alex. loc. prox. cit. Sic etiam privilegium conceſſum Auditoribus Rotæ in remunerationem laborum eſſe irrevocabile, quia tranſivit in contractum, conſuluit Roman. conſ. 436. incip. quòd indultum n. 14. in fine, verſ. ſeptima principalis ratio quem refert & ſequitur Petr. Rebuff. ſuper concord. in præfat. ad rubr. de collat. ante finem, verſ. Item quandò privilegium; & in terminis officii conceſſi propter bene merita, dixit Rota dec. 334. n. 1. verſ. & tantò magis par. 4. diverſ. poſt Bologn. conſ. 3. n. 132. uſque ad n. 137. & conſ. 2. à n. 42. quod adeò
65 verum eſt, ut conceſſio à Principe facta propter bene merita ſeu ex cauſa remunerationis revocari non poſſit, etiamſi ingratitudo ſuperveniat, prout per d. leg. ſi pater, §. ſi quis, ff. de donat. ſcripſit Alex. d. conſ. 216. n. 2. & 3. poſt Bald. quem citat. in lege ſi cùm mihi, ff. de dolo & ſequitur Felin. in c. 1. n. 10. verſ. ſecunda diſpoſitio ſuprà de reſcr. Dec. conſ. 186. incip. pro tenui n. 4. Ant. Gabr. lib. 2. reg. 6. in tit. de jure quæſ. non toll. & latiſſimè Tiraquell. in lege ſi unquam n. 13. cod. de revocat. donat. ubi exemplificat in quadraginta quinque privilegiis.

66 12°. Principaliter, eſtò Papa de plenitudine poteſtatis, poſſit, ſi velit quem officio vel beneficio ſuo privare; etiam ſine cauſa, tamen ut verbis utar Præpoſiti in c. per principalem n. 9. verſ. & retentâ opinione gloſſ. 9. q. 3. (tenebitur mihi Papa ſi aufert à me beneficium meum ſine juſta cauſa de æquo bono providere per ea quæ notat Innoc. in c. niſi cùm pridem de renunc. Paul. de Caſtro in lege Digna vox cod. de legibus, Baldus poſt gloſſam in c. 1. §. ad hæc de pace juram. firman. in uſibus feudorum. Poteſtas enim Papæ intelligitur, ut omnia poſſit
67 clave non errante, ut notat Baldus poſt gloſſam 2. in c. quantò; & hic communiter ſequuntur Doctores de ſent. excomm. Graviter enim erraret clavis Papæ, ſi ſine cauſa privaret me beneficio meo & non daret mihi recompenſam.) Hactenùs Præpoſitus qui paulò ſuperiùs n. 7. (non negamus, inquit, quin in foro conſcientiæ Papa peccet, ſi injuſtè me beneficio meo privet, non datâ mihi recompensâ.) Idipſum plenè tradit Hipol. de Marſil. in ſingul. 634. circa finem & Rebuff. in praxi beneſ. in tit. de non toll. jus quæſit. in gloſſa 5. n. 16. dicens: (Quandò Papa tollit jus quæſitum alteri, de plenitudine poteſtatis tenetur illi de ſimili beneficio vel de re æquivalenti: alioquin injuſtè agit & tenebitur reddere rationem Deo optimo Maximo) Hæc ex illo. Et alios plurimos cumulat Carol. Tap. in lege fin. ff. de conſt. Princip. c. 9. n. 6. part. 2. cujus rei extat memorabile exemplum apud Joannem Valer. de differ. inter utrumque forum in verbo electio: differens, ubi refert Sixtum V. contuliſſe quamdam Dignitatem cuidam nobili Doctori Cæſarauguſtano & poſteà precibus Oratoris Regis Catholici & in ejus gratiam abſtuliſſe dictam Dignitatem à proviſo jam in Hiſpania agente; & cùm anceps eſſet Papa, quonam modo hoc facere poſſet; conceſſit auditatam in favorem illius in quem Rex Catholicus conferri cupiebat: quod cùm prædictus Doctor Cæſarauguſtæ cognoviſſet, rediit citiùs Romam cui poſteà alia Dignitas fuit data in recompenſationem & ſatisfactionem ablatæ; & in Cantoribus Capellæ Pontificiæ idem Sixtus V. ſtatuit, ut gravi ægritudine aut corporis ſeu vocis imbecillitate vel alio legitimo impedimento detenti, à Collegio amoveri nullatenùs poſſint, niſi eis priùs de æquivalenti recompenſa fuerit omninò proviſum, ut in ejus Conſtitutione 38. In ſuprema §. 8. in Bullar. tom. 2. pag. 541. ad hoc lege Venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. prædior. lege ſi pendentes, §. ſi quid cloacarum, ff. de uſufr. lege ſi locus, §. fin. ff. quemadmodùm ſervit. amitt. per quæ jura dicunt Doctores, non poſſe Principem etiam de poteſtatis plenitudine ſine cauſa auferre rem privati, niſi datâ æquivalenti reſtauratione, ut per Alex. conſ. 190. incip. maturè digeſtis, n. 2. & 3. lib. 2. & conſ. 151. In cauſa n. 2. verſ. circa ſecundum lib. 6. Rol. à Vall. conſ. 69. in caſu præſenti per tot. maximè n. 24 & ſeqq. lib. 2. & quamvis hæc ardua ſit quæſtio & utrinque ſit Doctorum caterva, tamen negativa opinio eſt communior & rationabilior, teſte Fulgoſ. in d. leg. fin. cod. ſi contra jus vel util. public. & patet ex congeſtis ab Anton. Gabr. in tit. de jure quæſit. non toll. concl. 1. n. 1. & eam amplectitur Sanctus Thomas quodl. 12. art. 24. in fine dicens contrarias leges eſſe tirannicas & in propriis terminis officii latè conſuluit Bolognet. conſ. 3. n. 16.

Decimotertiò, & ultimò quatenus privatio officialis, & ſubſequens proviſio non eſſet nulla ex defectu poteſtatis, aut 68
voluntatis, adhuc tamen impugnari poſſet ex defectu ſolemnitatis, quia ad privationem proceſſum fuit ſine citatione ipſius officialis. Explorati enim juris eſt etiam in beneficialibus requiri citationem, licèt procedatur de plenitudine poteſtatis, clem. Paſtoralis, circa fin. de re jud. ubi redditur ratio, quia citatio eſt ſpecies defenſionis, quæ à jure provenit naturali: 69
Papa autem non eſt tantæ potentiæ, ut poſſit auferre defenſionem opreſſo, & ita per illum textum dixit Raman. conſ. 521. incip. Circa proximam, n. 5. Ad idem textus in c. 1. ſupra de cauſa poſſeſſ. & propriet. & in l. fin. C. de legibus, & ibi notant gloſſ. Bald. & Paul. de Caſtr. Roman. conſ. 89. incip. Quamvis copioſè, n. 3. verſ. Nec potuit etiam citatio tolli, lib. 5. & ſaltem de poteſtate ordinaria nequit Papa non ſervata ſolemnitate juris, id eſt non citata parte, ad privationem procedere, alioquin actus eſt nullus. Ita enim reſultat nullitas ſententiæ Principis ex defectu citationis, ſicut & ſententiæ Ordinarii inferioris. Hic eſt caſus in d. l. fin. & in aliis juribus ſupracitatis: & probatur per locum à ſpeciali in cap. Cum olim, ubi id notant Imola, Abbas & Felin. ſupra de re jud. & tradit Roman. in conſ. 369. incip. Circa primum, n. 5 & 6. ubi Mandoſ. in addit. littera C. in ver. Legitimatio, plurimos citat concordantes. Et in terminis Generalis Humiliatorum amoti per Papam ex cauſa dementiæ ab officio Generalatus non prævia citatione tradit Petrus de Anchar. d. conſ. 188. num. 7. verſ. Deponere autem Prælatum non citatum.

Et retenta hac opinione non videntur obſtare jura, & fundamenta in contrarium adducta. Et primò non obſtat, c. Si 70
Evangelica 55. diſt. Quoniam ille Diaconus, cui oculus à Presbitero fuit effoſſus, non erat in aliqua adminiſtratione poſitus, cujus ratione aliquos certos redditus perciperet, ut in hoc caſu; atque ita non habebat officium, ut patet ex dictis ſupra in prælud. n. 32. ſed erat de quadam Collegiata Eccleſia, in qua plures erant Sacerdotes; & quia propter oculi amiſſionem in Presbiterum ordinari non poterat, idcircò ab Eccleſia amovetur, & alius in ejus locum ſubſtituitur, & ita ad illum textum reſpondet ad litteram Hoſt. hic num. 1. in ver. Coadjutor, Joan. Andr. in eod. ver. n. 1. & 2. & Butr. in 1. notab. Præterea Diaconus illi promoveri non poterat non tantùm quia oculum amiſerat, ſed etiam quia Presbiterum ad tantam iracundiam provocaverat, ut ibi advertunt Archid. n. 3. Gemin. n. 4. & Præpoſ. n. 3.

Non obſtat ſecundum, videlicet, c. Si quis Abbas, 18. 71
qu. 2. Quoniam ille textus loquitur de Abbatibus vitioſis ex cauſa damnabili, non autem de ſenio confectis, aut corpore vitiatis, ut patet ex illa littera in princ. & ibi, Etiamſi omnis Congregatio vitiis ſuis conſentiens, &c. & notat hic Jo. Andr. num. 1. Butr. num. 8. Guidopapa in princ. verſ. Nunquam Abbas, Archid. in c. fin. n. 2. de ſupplen. neglig. Prælat. & Turrecrem. in c. Scripſit, num. 1. q. 1. ad fin. verſ. Ad quartam de Abbat. 7. quæſt. 1. & dictum eſt ſupra n. 4.

Non obſtat tertium, quia leges illæ loquuntur de honore temporali, nos autem de honore ſpirituali, & perpetuo, & alia eſt ratio in ſæcularibus cauſis, alia in Divinis, c. Non ita, 2. qu. 6. & c. Celeritatem, in fin. de conſecrat. diſt. 3. Ita in ſpecie ad illa jura reſpondet Hugo in d. c. Si quis Abb. 18. qu. 2. & poſt eum Archid. in d. c. fin. n. 2. verſ. Ad hoc poteſt dici, de ſuppl. neglig. Prælat. lib. 6. & Turrecrem. loc. cit. in reſp. ad 1. & 2. verſ. His habitis, vel ſecundum Archid. ibidem verſ. Sed poſſet reſponderi, illa l. Si longius, ff. de judic. loquitur in judice delegato, cujus juriſdictio de facili per Ordinarium judicem eum delegantem revocatur, cùm judicium ſolvatur vivente eo, qui juſſit judicare, ut l. Judicium, & l. Sed etſi ſenium, in fin. ff. eodem, & notatur

in cap. Super quæſtionum, §. Porrò, in gloſſ. in ver. Transfert, verſ. Dicas quod leges illæ, ſupra de off. deleg. demum ut formaliter reſpondet Turrecrem. ubi ſupra: Dictæ leges habent alias contrarias leges, in quibus continetur, quòd propter furorem, vel cæcitatem ſupervenientem judex, vel Magiſtratus non debet removeri, ut ff. de ſtatu homin. l. Qui furore, & ff. de poſtul. l. 1. §. Caſum, & ff. de judiciis, l. Cæcus.

Non obſtat quartum fundamentum, nempè quòd amotio
72 primi officialis, & proviſio ſecundi emanaverit à Summo Pontifice, qui in his, quæ ſunt juris poſitivi, & maximè in beneficialibus habet poteſtatem plenariam. Nam reſpondetur in Papa duplicem eſſe poteſtatem. Alia eſt ſuprema, & abſoluta, quam alio nomine appellamus plenitudinem poteſtatis, eamque ſic definit Baldus in l. 2. num. 45. C. de ſervit. & aqua; plenitudo poteſtatis eſt arbitrii plenitudo nulli neceſſitati ſubjecta, nulliſque juris publici regulis limitata: & ſecundum hanc in beneficialibus juxta unam opinionem Papa abſolutè poteſt omnia, & ſola voluntas habetur pro ratione. Ita Gemin. conſ. 8. incip. Super præmiſſis, n. 6. & 7. quia pro libito ſuæ voluntatis poteſt in totum tollere jus poſitivum, ut idem Gemin. ait conſil. 53. Pro reſponſione in princ. verſ. Quædam eſt poteſtas ſuprema, & de hac ſpecie poteſtatis ſunt intelligenda, quæ in contrarium dicta ſunt ſupra n. 25. De hac enim diſputare inſtar ſacrilegii obtinet, l. 2. Cod. De crimin. ſacrileg. cap. Si quis ſuadente, §. Qui autem, 17. quæſt. 4. Bolognet. conſ. 3. num. 2. Hac
73 tamen uti non debet ſine magna cauſa, ſecundum Innocent. & Abb in cap. Innotuit, in fin. de elect. & dicebat Bald. in tit. de Pace Conſtantiæ, in 23 col. in verb. Non obſtante, Populum Romanum numquam fuiſſe uſum iſta clauſula, de plenitudine poteſtatis. Cujus dictum uti egregium extollit Jaſ. conſ. 145. incip. Circa primam dubitationem, num. 3. verſ.
74 Hinc eſt, quod Papa vol. 2. Quapropter neceſſe eſt, ut conſtet Papam voluiſſe uti poteſtatis plenitudine cum clauſula,
75 Non obſtante &c. aliàs ea uti non præſumitur, ut notat Innocent. in d. cap. Innotuit, Ang. in l. Benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript. Marſil. ſingul. 84. incip. Princeps in dubio, & Gemin. conſ. 36. incip. Quod collatio facta per Dominum Papam non valeat, n. 5. verſ. Et hoc, loquendo de poteſtate regulata, ubi etiam allegat Bald. in l. Si teſtamentum, C. de teſtam. & probatur in l. Si quando, in princ. C. de inoff. teſtam. & mos eſt apponendi in litteris clauſulam illam, Deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Quæ tamen clauſula in litteris, de quibus nunc agitur non reperitur ap-
76 poſita. Alia verò eſt poteſtas ordinaria à jure regulata, & ſecundum hanc Papa non poteſt ſine juſta cauſa quem ab officio, vel beneficio amovere, quia licèt Princeps ſit ſolutus legibus, tamen ſecundum leges vivere debet, l. Digna vox, C. de legib. Ita diſſidentes opiniones conciliat, & declarat Gemin. loc. proxim. citat. Dec. in cap. fin. num. 30. & 31. verſ. Et ita opinio, de confirmat. util. vel inutil. Præpoſ. in cap. Per principalem, n. 8. 9. q. 3. Cravett. de antiq. tempor. part. 1. n. 37. & ſeq. & Anton. Gabr. in tit. de Jur. quæſ. non toll. concl. ſeſſ. 1. n. 11. Et in terminis terminantibus dixit Rota in Bononien officiis Portæ Palatii 5. Novembris 1594. coram Litta, quæ eſt deciſ. 334. part. 1. diverſ. in hæc verba: (Domini reſolverunt obſtare regulam de jure quæſito non tollend. nam regulariter officia de ſui natura ſunt perpetua Guido Papa deciſ. 195. n. 1. Calder. conſ. 3. de reſcript. præſertim quando conceduntur ad vitam, tunc officiales habent jus quæſitum in tantùm, ut ſine cauſa de poteſtate ordinaria non debeant removeri, ut latè deducit Bolognet. conſil. 3.) Hæc ibi. Quin imò Ludovic. Roman. plura adducens in conſil. 345. incip. Circa primam, n. 15. abſolutè ait, non rectè dixiſſe gloſſ. ſimpliciter loquentem in d. c. per Principalem, & Bald. in l. Reſcripta, C. de precibus Imper. offer. dum volunt omnia beneficia mundi, etiam Epiſcopatus quoad Papam dici debere manualia, ut ſic eorum Rectores ab eo ad nutum removeri poſſint. Quoniam hoc verum non eſt niſi juſta ſubſit cauſa, vel niſi conſenſus intervenerit ipſius amovendi, & iſta eſt magis communis opinio, ut ibi teſtatur Horat. Mendoſ. in additat. littera B. in ver. Non poſſit. De qua latè per Felin. in c. Quæ in Eccleſiarum, n. 43. de conſtit. Similiter Cardin. in Præcitat. conſ. 142. n. 3. verſ. Et ſi dicatur, affirmat (Papam habere quidem plenariam poteſtatem in titulis beneficialibus, ſed etiam hoc ita intelligendum eſſe, ut evitetur inconveniens, ne alicui fiat injuſtitia. Item, ut ipſe ait, non eſt verum quod gloſſa dicit in d. c. Per Principalem, Papam poſſe ſine cauſa auferre beneficium. hoc enim debet intelligi cum cauſa; ſicut & aliàs dicit gloſſa Papam poſſe Epiſcopatus dividere ex cauſa c. 1. 19. diſt. nam & l. Benè à Zenone, quam allegat gl. in d. c. Per Principalem, non probat Imperatorem poſſe ſine cauſa alicui rem auferre; imò etiam Conſtitutio Principis, quæ ſine cauſa transfert jus unius in alium, non tenet, nec obſervanda eſt etiam in foro judiciali, ut notabiliter dicit Innoc. in c. Quia plerique, ad fin. gloſſ. magnæ de immunitate Eccleſ.) Hæc Card. & ſecundum Alexand. conſ. 216. incip. Hæc arguendi ſumus, nu. 1. lib. 2.

Ampliùs quod dicunt Doctores, Papam de poteſtatis ple- 77
nitudine poſſe ſine cauſa quem ab officio, vel beneficio amovere, in hunc ſenſum eſt accipiendum, ut in foro quidem judiciali eodem Pontifice adhuc ſuperſtite, illius judicium à nemine infringi poſſit; nimirum, quia non eſt forus contentioſus, qui de factis Papæ valeat judicare, aut primæ Sedis retractare judicium, c. Patet, c. Nemo, c. aliorum, c. Facta ſubditorum, & per tot. 9. quæſt. 3. Sed hinc non ſequitur quam Papa in foro conſcientiæ peccet contra juſtitiam, ut declarat Præpoſ. in d. c. Per principalem, n. 9. verſ. Et hæc attendenda ſunt, eadem cauſa, & quæſt. Ac propterea 78
ſic geſta caſſari debent, vel ab ipſo, vel à Pontifice ſucceſſore, qui eadem fungitur autoritate & imperio, c. Innotuit, de elect. & ita declarat Card. Bellam. in d. c. Per principalem, n. 94. 9. quæſt. 3. ubi quòd ſi Papa hoc fecerit ſine cauſa, peccat quoad Deum, ſed quod iſtam Eccleſiam militantem oportet tenere quod facit, quia non eſt qui de factis ipſius judicare poſſit, ſed ipſe, vel ſucceſſor ſecùs requiſitus iſtud revocare debet. Quippe ſucceſſor factum Prædeceſſoris revocat propter manifeſtam iniquitatem, c. Novit, 100. diſt. Item propter alterius oppreſſionem, c. Ante triennium, 31. diſt. Item propter exempli perniciem, c. Quia ſancta, §. Verum, 63. diſt. Item ob Judicis circumventionem, c. Apoſtolicæ, cum duobus ſeqq. 35. q. 9.

Nec adverſatur prædictis, quòd in Principe diſponente 79
contra jus tertii cauſa præſumatur, ut notant Legiſtæ in l. Reſcripta, C. de precibus Imper. offer. & Canoniſtæ in cap. Quæ in Eccleſiarum, ſupra de Conſtitut. nam reſpondetur hanc eſſe arduam quæſtionem, in qua vix diſcerni poteſt utra opinio ſit communior, ut patet ex cumulatis per Ant. Gab. d. tit. Jur. quæſit. non toll. concluſ. 3. n. 1. & 4. ſed nihilominus opinio affirmativa recipit quatuor declarationes, quæ omnes concurrunt in caſu præſenti. Primò enim declaratur, ut vendicet ſibi locum quando Princeps tollit jus tertii per viam legis generalis; ſecùs ſi per viam reſcripti, ut hoc caſu, quia tunc non præſumitur cauſa, quin potius litteræ finguntur extortæ Principe circumvento. Ita Curt. ſen. in conſ. 20. incip. Sæpenumero animo volui, n. 10. verſ. Tertio reſpondeo, Roman. conſ. 436. incip. Quod indultum, n. 19. Rebuff. in tract. nominat. q. 1. n. 66. & probatur ex dictis ſupra num. 51.

Secundò declaratur, ut locum habeat quando Princeps pro- 80
cedit motu proprio, ſecùs ſi ad ſupplicationem partis, ut in hac ſpecie, quæ declaratio fuit Joan. Monach. in c. Si motu proprio, n. 10. & 13. de Præb. lib. 6. Felin. in d. c. Quæ in Eccleſiarum, col. 23. verſ. Limita quinto, de Conſtituit. & aliorum, quos congerit Gab. d. concluſ. 3. n. 12.

Tertiò declaratur; ut non habeat locum, quando Princeps 81
procedit parte non citata ad diſpoſitionem alteri præjudicialem. Et hoc voluit Abb. in c. 1. col. 2. in princ. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Soccin. ſen. conſ. 266. incip. In cauſa quæ vertitur, n. 49. & conſ. 164. Viſa Bulla, num. 14. & 15. vol. 2. Jaſ. conſ. 233. Circa primam, n. 3. verſ. Præterea quando Princeps vol. 2. Curt. ſen. d. conſ. 20. n. 8. Curt. jun. conſ. 170. Habita diligenti conſideratione, n. 25. verſ. Cum igitur in præpoſito, & Cravett. conſ. 50. Tria ſunt principaliter, n. 5.

Quartò; (& hoc removet omne dubium) prædicta opi- 82
nio affirmativa declaratur non procedere quando Princeps in reſcripto contra jus tertii exprimit cauſam evidenter frivolam, ſeu minus juſtam, quia tunc non obſtante clauſula ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, motu proprio, & ſimilibus, Princeps præſumitur circumventus, & tales litteræ ſunt ipſo jure nullæ. Hæc eſt ſingularis limitatio Decii in conſ. 576. n. 10. quam in terminis conceſſionis officiis prius alteri ad vitam conceſſi, ſequitur Bolognett. conſ. 2. n. 45. & eadem tenent Soccin. ſen. conſ. 271. ante fin. vol. 2. Ruin. conſ. 123. n. 23. vol. 3. & Gabriel. d. concl. 3. n. 10. Et eſt ſimile in libello, in quo tametſi non ſit neceſſaria cauſæ expreſſio parte non opponente, l. fin. C. de except. ſi tamen cauſa inepta exprimatur, libellus rejicitur, ſecundum Bart. in l. 1. in princ. ff. de eden. Bart. & Bald. in l. Edita, C. eodem. Nam ſecundum Alexand. ibi, & Ruin. d. conſ. 123. n. 24. per expreſſionem cauſæ ineptæ apparet notoriè de calumnia libellantis, allegat gloſ. in l. Qui cum major. §. 2. de bon. lib. & text. cum gloſſ. in clem. Conſtitutus, de elect. quæ ratio ceſſat quando cauſa non fuit expreſſa. Idem videmus in appellatione à ſententia definitiva, in qua etſi non oporteat illam cauſam exprimere, ſed ſatis ſit dicere, appello, ut l. Scio, ff. de appellat. c. Cordi, §. His quæ, ubi hoc notant Archid. & Joan. Andr. infra eod. l. 6. tamen ſi cauſa frivola exprimatur, non tenet appellatio, talia enim expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, l. Expreſſa, ff. de reg. jur. & declarat Henr. Boich. in c. Conſtitut. col. 2. verſ. Tamen ſic appellant. de appellat. Ita ergò in propoſito cùm in litteris Apoſtolicis fuerit expreſſa cauſa inhabilitatis ad officium exercendum

propter cæcitatem, & hæc cauſa ſit irrationabilis & inſufficiens ad removendum officialem ab officio Correctoris ſibi ad vitam conceſſo, ut abundè oſtenſum eſt ſupra *num.* 40. & *ſeqq.* hinc manifeſtè ſequitur, ut ceſſet præſumptio juſtæ cauſæ, licet aliàs in Principe præſumeretur.

In hac cauſa per tres Cardinales judices Delegatos pronuntiatum fuit pro reintegratione Officialis amoti, ut dixi *in cap. Cæterum, in fin. ſupra de reſcript.*

Omnia tamen & ſingula ſuperiùs dicta humiliter ſubjicio determinationi, & correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, repetita proteſtatione, quam poſui ſupra in proœmio operis.

DE INSTITUTIONIBUS,

Ex Concilio Arelatenſ.

CAPUT I.

Non ampliùs ſuſcipiantur in Monaſterio Monachorum, aut Clericorum, ſeu etiam puellarum, quam quot ſe regere de bonis Eccleſiæ abſque penuria poſſunt.

SUMMARIUM.

1 *Numerus perſonarum in Monaſteriis inſtitui debet ſecundum menſuram facultatum ipſorum.*
2 *In Monaſterii tam virorum, quàm mulierum non plures ſunt recipiendi, quàm quot de illorum redditibus abſque penuria ſuſtentari valeant.*
3 *Reſcripto ut quis recipiatur in Eccleſia non numerata, ſi facultates non ſuppetant, obſtat exceptio paupertatis.*
4 *Niſi Papa faciat Canonicum honorarium.*
5 *Prælati cogi poſſunt tot Monachos, vel Clericos inſtituere, quot poſſunt de redditibus Eccleſiæ ſe ſuſtentare.*
Declaratur, n. 38.
6 *Numerus in Monaſteriis ex Concilio Tridentino qualiter conſtituendus.*
7 *Clericorum Regularium appellatione Monachi & Moniales non comprehenduntur.*
8 *Monachi latè ſumpto vocabulo veniunt appellatione Clericorum.*
9 *Numeri præfixio in Monaſteriis tam virorum, quàm mulierum ad quem ſpectet.*
10 *Et qualiter fieri debeat in Monaſteriis virorum Italiæ, & Inſularum adjacentium.*
Conſtitutio Sanctiſſ. D.N. Innocentii Decimi circa ſtatum Regularium compilata in Congregatione hic refertur, ibid. verſ. Sed quia decreta.
11 *Numeri præfinitio in quibus Monaſteriis ſit facienda.*
12 *Quid de jure communi.*
13 *Et quid ex Concilio Tridentino.*
14 *Monaſterii redditus in præfixione numeri ad quam rationem pro alimentis uniuſcujuſque de familia computari debeant, & n. ſeq. uſque ad n. 26.*
Quid de jure communi, n. 15.
Et quid Ex Concilio Tridentino, n. 19.
15 *Commode ſubſtentari & ſine penuria an differant & nu. ſeq. uſque ad n. 20.*
16 *Commoditas æſtimatur ſecundum conſuetudinem regionis, & qualitatem perſonæ, & n. 18. & 20.*
17 *Penuria quid ſit, & undè dicatur.*
21 *Dotis taxatio in ducatis ducentis indifferenter facta ab Epiſcopo in Monaſteriis Monialium Majoricen. non probatur à S. Congreg. Concil.*
23 *Monaſteria pro duodecim Monialibus nullibi fundantur cum minori redditu, quàm trecentorum ſcutorum præter dotes ordinarias.*
24 *Dos Monialis numerariæ an licitè recipi poſſit à Monaſterio.*
25 *Cautela recipienti pecuniam ab ingredientibus Monaſterium ſine labe ſimoniæ.*
26 *Profeſſiones eorum qui recipiuntur in Monaſterio ultra quàm ſuſtentari poſſint, an valeant, & n. ſeq. uſque ad n. 33.*
27 *Quid in profeſſione Monialium, & n. 32.*
28 *Et quid in profeſſione Monachorum.*
29 *Et quid poſt Concilium Tridentinum, & numeris ſeqq.*
30 *Decretum irritans tollit conſuetudinem nedum præteritam, ſed etiam futuram.*
32 *Et operatur ut non poſſit dari de non uſu Conſtitutionis.*
33 *Numerus familiæ in Monaſteriis tam virorum, quàm mulierum ſemel præfinitus an augeri poſſit auctis redditibus, & n. ſeq. uſque ad n. 41.*
34 *Numeri præfixio habet tacitam conditionem, niſi redditus Monaſterii augeantur.*
36 *Numerus non rumpitur ipſo jure per augmentationem redditumm, ſed inducitur potentia rumpendi.*
37 *Numerus augeri non poteſt niſi ex fructibus ſupercreſcentibus ſupra numerarii æquale ſtipendium habeant cum exiſtentibus de numero.*
38 *Numerus præfixus in Monaſteriis virorum Italiæ, & Inſularum adjacentium augeri non poteſt etiam auctis redditibus ſine licentia S. Congregationis Concil.*
39 *Numeri taxatio facta in vim Bullæ Pauli V. non computatis computandis iterum eſt facienda.*
40 *Novitius profiteri poteſt in Monaſterio, ubi commodè vivere nequit, dummodò poſtea collocetur in alio, ubi commodè ali poſſit.*
41 *Moniales ſupranumerariæ an, & qualiter recipi poſſint in Monaſteriis, in quibus numerus eſt taxatus, & n. ſeq. uſque ad n. 47.*
42 *Dos Monialis ſupranumerariæ quanta eſſe debeat.*
43 *Monialium decedentium loca non poſſunt concedi cuiquam puellæ ante vacationem.*
44 *Moniales ſupranumerariæ qualitates requiſitas habere debent tunc temporis, cùm loca eis promittuntur, vel dantur.*
45 *Monialibus ſupranumerariis ſatis eſt, ut durante anno probationis alimenta à parentibus miniſtrentur, & poſt profeſſionem ex dote redditus augeantur quantùm ſufficiunt puellis recipiendis.*
46 *Monialibus ſupra numerum recipiendis in Monaſteriis Placentiæ, Congregatio Concilii probavit, ut propinqui ultra dotem ſe obligent ad annuam præſtationem.*
47 *Et promiſſio facienda eſt Monaſterio, & pecuniæ rectà deferri debent ad manus Abbatiſſæ.*
48 *Moniales ſupranumerariæ non ſubrogantur in locum Monialium decedentium infra numerum, ſed ſemper remanent ſupranumerariæ.*
49 *In cæteris tamen ab aliis non differunt, ſed illis per omnia ſunt æquales.*
50 *Canonici ſupranumerarii cur ingrediantur locum Canonicorum decedentium intra numerum, Moniales ſecùs.*
51 *Monaſteria de novo erigi non poſſunt niſi duodecim ſaltem Religioſi in eo habitare, & commodè ali poſſint.*
52 *Alioquin ſic erecta poſt diem 21. Junii 1625. ſubjectæ ſunt omnimodæ juriſdictioni Ordinarii loci & nihilominùs remanet antiqua prohibitio, numer. 54. verſic* Et noviſſimè.
53 *Quod locum habet etiam in Religionibus Capucinorum, Societatis Jeſu & aliis, quæ non conſueverunt onera Miſſarum recipere.*
54 *Item locum habet etiam extra Italiam.*
55 *Monaſteria tam virorum, quàm mulierum an erigi poſſint de licentia ſolius Epiſcopi & n. ſeq. uſque ad n. 72.*
56 *Quid de jure communi antiquo.*
Et quid ex Conſtitutione Bonifacii VIII. n. 59.
Et quid ex Concilio Tridentino, num. 60.
Et ex Conſtitutione Clementis VIII. n. 65. & 87.
Et quid ex Bulla Innoc. X. num. 71. verſ. 4.
57 *Monaſterii deſtructi reædificatio fieri non poteſt ſine licentia Epiſcopi, reparatio ſecùs.*
Novum dicitur cujus facies immutatur, ibid.
58 *Monaſterii erectio ſuſtinetur ſi Epiſcopi conſenſus accedat poſt factum.*
59 *Mendicantibus ex Conſtitutione Bonifacii VIII. non licebat nova loca recipere vel recepta mutare ſine licentia Papæ, niſi pro eremitica vita ducenda.*
60 *Monaſteria ex Concilio Tridentino an poſſint erigi ſine licentia Sedis Apoſtolicæ & n. ſeq. uſque ad n. 72.*
61 *Quid in non mendicantibus & eremitis.*
Et quid in mendicantibus, num. 62.
Et quid in Monaſteriis monialium, n. 69.
62 *Mendicantes qui ſint.*
63 *Correctio juris eſt favorabilis quandò fit reditus ad jus commune antiquum.*
64 *Licentia quid ſit.*
65 *Monaſteria Mendicantium erigendi licentia qua forma ab Ordinariis ſit concedenda ex Bulla Clementis VIII. & num. 87.*
66 *Eadem forma ſervari debet in erectionibus, quæ fiunt de licentia Ordinarii, non autem Sedis Apoſtolicæ.*
67 *Congregationi peregrinorum Ordinis Prædicatorum conceditur ut ſine Epiſcopi conſenſu poſſint conventus erigere ubi non ſunt Epiſcopi.*
68 *Eccleſia ſæcularis ab Epiſcopo erigi poteſt in Monaſterium de conſenſu quorum intereſt & ſine præjudicio Rectoris.*
70 *Vicarius Capituli, Sede vacante, an dare poſſint licentiam erigendi novum Monaſterium.*
71 *Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis B. Mariæ Fullienſis & Clericorum Regularium S. Pauli Decollati indulta erigendi Monaſteria de ſolâ Ordinarii licentia expenduntur.*
Monaſteria virorum in Italia poſt Bullam Innocentii X. erigi non poſſunt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, n. 71. verſ. Quartum.
72 *Vicarius Generalis Epiſcopi abſque ſpeciali mandato an poſſit licentiam concedere novum Monaſterium erigendi, & n. ſeqq. uſque in fin.*
73 *Mandatum generale non includit ea, quæ ob ſui gravitatem certæ perſonæ, vel dignitati à jure ſpecialiter ſunt commiſſa & num. 84.*
74 *Vicarius Epiſcopi ſine ſpeciali mandato non poteſt beneficium ſupprimere & n. 86.*
75 *Vicario Generali non cenſetur commiſſa facultas, quæ non competit de jure communi.*
76 *Vicario Epiſcopi regulariter non competunt quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ, & ſapiunt gratiam.*
77 *Licentia erigendi Monaſterium eſt voluntariæ juriſdictionis & gratiam ſapit.*
78 *Eccleſias & altaria dedicare, ſolus Epiſcopus poteſt, non autem Vicarius.*
79 *Vicarius Epiſcopi ſine mandato ſpeciali non poteſt novam dignitatem erigere.*
80 *Et ſicut non poteſt beneficium conferre, ita nec creare.*
81 *Monaſterium inſtitui non poteſt ſine Abbate vel Priore, & Monachis.*
82 *Beneficia regularia duplicia quæ dicantur.*
83 *Et quæ ſimplicia.*
84 *Monaſterii ædificatio eſt de majoribus, quæ non tranſeunt in generali mandato.*
85 *Vicarius Epiſcopi non poteſt Eccleſias de loco ad locum transferre.*
87 *Ordinariorum appellatione, de quibus fit mentio in Bulla 99. Clemens VIII. qui comprehendantur.*

1 Non *ampliùs.* Joan. Andr. non ſummat. Sic tamen ſummari poteſt. Numerus perſonarum in Monaſteriis inſtitui debet ſecundum menſuram facultatum ipſorum. Hoc dicit & non dividitur.

Nota primò in Monaſteriis tam virorum, quàm puella-
2 rum non plures eſſe recipiendos, quàm quot de illorum redditibus abſque penuria ſuſtentari valeant, ut hic eſt caſus deſumptus ex Concilio Arelatenſi *c.* 8. & hoc ne ad menſuram quæramus poſſeſſiones, quod nimis avarum eſt; ſed ex poſſeſſionibus quæ ſunt, metiamur expenſas, ut in Aut. *Ut determon. ſit numer. Cler. poſt med. collat.* 1. ſecundum Joan.
3 Andr. *hic num.* 3. Cardin. *in* 1. *notab.* & Anchar. *numer.* 2. Quia ſit ut ſi quis impetraret reſcriptum, ut in tali Monaſterio; vel Eccleſia reciperetur, obſtaret exceptio paupertatis, ut hic, & in *cap. Si proponente, ſupra de reſcript.* ſecundum Hoſt. *in princ.* Abb. *n.* 4. *verſ. Ultimo* Idem Butr. *num.* 2. & Imol. *num.* 1. qui ex hoc notant in Eccleſia non numerata ſemper competere exceptionem ut plures non recipiantur, quàm ex bonis ipſius poſſint ſuſtentari ſine penuria.

4 Fallit hoc ſi Papa faceret Canonicos, vel Dignitates honorarias, ſecundum ea, quæ notantur in *cap. Super ordinata, ſupra de præb. ut hic* Hoſt. *n.* 2. & vide quod de his Dignitatibus ventoſis notat Bald. in *cap. Cùm olim, n.* 8. *ſupra de conſuetud.*

Quamvis autem præceptum hîc poſitum ſit negativè con-
5 ceptum, videlicet non ampliùs recipiantur in Monaſteriis, quàm poſſint ibi ſuſtentari, ut in littera; tamen includit in ſe præceptum affirmativum id eſt, ut tot ſint recipiendi, quot ex redditibus Monaſterii ſine penuria ali poſſint, & hoc quotidiè allegatur iſte textus, ſecundum Abb. *in* 1. *notab.* qui hinc colligit bonam practicam contra Prælatos qui avaritiæ cauſa nolunt multos Monachos inſtituere. Poſſunt enim compelli ab eorum Superioribus, ut tot inſtituant, quot poſſint de redditibus Eccleſiæ ſe ſuſtentare, ſubdens hoc numquam eſſe oblivioni tradendum, & eſt ex mente Innocentii, ut dicam infrà *n.* 35. Sed hoc ſupponit aliam quæſtionem, videlicet, an Prælati Regulares auctis redditibus Monaſterii poſſunt, aut debeant augere numerum ibi præfinitum, quod inferiùs examinabitur in 5. *à num.* 33. & præſertim *num.* 38.

Secundò nota argumentum, quòd in Eccleſiis Regularium
6 certus numerus taxari poteſt, ſecundum Abb. Antiq *hic.* Hodiè hoc eſt expreſſum à Concilio Tridentino in *cap.* 1. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* ubi ſtatuitur, ut in Monaſteriis tam virorum, quàm mulierum bona immobilia poſſidentibus is tantùm numerus conſtituatur, ac in poſterum conſervetur; qui vel redditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſuetis elemoſinis commodè poſſit ſuſtentari. Concordant Conſtitutio Pii V. quæ incipit *Circa Paſtoralis,* § 7. *in Bullar. tom.* 2. *pag.* 384. & Decreta Clem. VIII. ſuper reformatione Regularium §. 7. *in Bullar. tom.* 3. *pag.* 81. 7
Tertiò nota ibi, *vel Clericorum,* appellatione Clericorum regularium non comprehendi Monachos, nec Moniales: cùm iſta ponantur hîc tanquam diverſa. De Clericis enim regularibus intelligi debet hæc littera, non autem de Clericis ſæcularibus, ut intellexerunt Butr. Card. & alii, & non benè, quia verbum *Clericorum* regulatur à verbo Monaſteriis. Non dicuntur autem Monaſteria Clericorum ſæcularium, ſed regularium duntaxat. Quin imò Monaſteria Religioſorum non debent converti in habitacula ſæcularium Clericorum, nec debent regi per ſæculares, *cap. Dudum* 189. 2. *cap. Quæ ſemel & cap. ſeq.* 19. *quæſt.* 3. & Clerici ſæculares utentes habitu & nomine Monachali jubentur fieri Monachi, vel ab hoc deſiſtere, ut in *cap. Ut Clerici, infra de regular.* Nec placet ut verbum *Clericorum* ſupleatur, ideſt Collegio, ut voluit Cardin. quoniam cùm littera poſſit congruè intelligi de Clericis regularibus, non eſt recurrendum ad ſuppletiones, cùm præſertim de ſæcularibus diſpoſitum fuerit in *cap. Autoritate, infra eod.* Hoc tamen intellige in ſtricta ſignificatione; nam latè ſumpto vocabulo Monachi comprehenduntur etiam Clericorum appellatione, ut hic
per Abb. *in* 2. *notab.* 8
Hîc inveſtiganda ſunt multa, quæ à Doctoribus aut non attinguntur, aut minùs perfectè Primò ſcilicet ad quem ſpectet præfixio numeri in Monaſteriis. Secundò in quibus Monaſteriis ſit facienda. Tertiò ad quam rationem. Quartò, an receptio ſupra facultates Monaſterii ſit nulla, Quintò, an numerus augeri poſſit auctis redditibus. Sextò, an & qualiter in Monaſteriis recipi poſſunt Moniales ſupra numerariæ. ſeptimò an ſupra numerariæ in locum numerariæ decedentis ſubrogentur. Octavò, pro quot Regularibus Monaſteria ſint erigenda. Nonò, an erigi poſſint de licentia ſolius Epiſcopi. Decimò & ultimò an poſſint erigi à Vicario Epiſcopi ſine ſpeciali mandato.
Quæro igitur primò ad quem ſpectet præfixio numeri in
Monaſteriis mulierum? 9
Solutio. In Monaſteriis Monialium, quæ ſubjecta ſunt Epiſcopo Diœceſano, planum eſt numeri præfixionem ad ipſum tantùm pertinere, *arg. cap. Præcipimus,* 12. *quæſt.* 1. *cor. Omnes Baſilicæ,* 16. *quæſt.* 7. *c. Monaſteria,* 18. *qu.* 2. Si verò ſint ſubjecta ſuperioribus regularibus, numeri præfixio ſpectat tam ad Epiſcopum, quàm ad Prælatum regularem ex Concilio Tridentino *cap.* 3. *juncto cap. ult. in fin. ſeſſ.* 25. *de regular.* nam *in d. cap.* 3. Concilium loquitur imperſona-